



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



DE REBUS

IN IAPONIÆ REGNO, POST  
MORTEM TAICOSA.

mæ, laponici Monar-  
chæ, gestis

EPISTOLÆ DVÆ  
AD

R. P. CLAVDIVM  
AQVAVIVAM SOCIE-  
tatis Præpositum Ge-  
neralem

X. OCTOBR. ANN. M. D. XCIX.

Loui Guerroy ET Straubinger.

XXV. FEBRVA. ANN. M. DCI.

Datæ.

Primum ROMÆ Italico idiomate edita, nunc  
autem latino redditæ,

MOGVNTIAE

APVD BALTHASAREM  
Lippium.

---

ANNO M. DCIII.

Cum gratia & priu. Sac. Cas. Maiest.

**BIBLIOTHECA**

**EPISTOLA I.**  
**R. P. ALEXANDRI**  
**VALIGNANI, SOCIE-**  
**TATIS IESV, APVD IA-**  
ponios, & Sincenses Vi-  
sitatoris,

*Ad Reverendum P. N. Claudium Aqui-*  
*niam eiusdem Societatis Proposit-*  
*rum generalem.*

**ADMODVM REVERENDE**  
**IN CHRISTO PATER**  
**PAX CHRISTI.**



AICOSOMA vniuersæ IA-  
PONIAE monarcha vita defun-  
cto, varijs & incertis casibus agi-  
tati sumus. Et quamuis alij solu-  
tion non mediocri nobis fuerint, alij metu, terro-  
re que ingenti nos concusserint, tamen singu-  
lari Dei prouidentia in tanta rerum vicissitudi-  
ne factum est, vt neque prosperis extolleremur,  
neque frangeremur aduersis. Qua commodo-  
rum incommodorumque temperatione con-  
secutum est, vt integra semper diuino nomini  
constiterit gloria, Catholicæque fidei existima-  
tio non exigua cæperit incrementa, tantaq; ad

gregem Christi factæ fuerit accessio, ut à mense Februario (quo extremæ litieræ sunt exaratae) quadragies milrena capita sacris baptismi aquis perfusa sint, multaque pessim ostia conversioni gentilium patefacta, & Ecclesiæ ante biennium solo æquatæ, ut dicemus, denuo excitari cœperat. Verum, quo rectius hæc vicissitudo oculos ponatur (eaenim semel bene perspecta, nostræ quoque Societatis nouellæque hujus vineæ Iaponicæ status clarius innoescer) memoria repetendum est Paternitati Tuz, Taicosamam, ut anno superiori scripsimus, ante obitum suum, novo iurisurandi sacramento, & parentelæ mutuæ vinculo ac regni Domini- rum gubernatorumque mitro ordine conatum fuisse, ita componere firmareque Iaponici Imperij statum, ut nullo interueniente tumultu bellorum motu, Princeps eius filius venientibus annis regni totius possessione excludi posset. Quia de causa eodem tempore eidem filio, Ieiasi octo regnum Domini, Principum omnium tunc potentissimi, neptem desponderi iussit, ipsumque Ieiasum eius tutorem & protectorem appellavit, atque omnium regni gubernatorum caput & ducem. Ne tamen idcirco alij se ab omni administratione remotos existimatent, quatuor illi adiunxit gubernatores auctoritate ipsi pares, dicto coniugiorum & iumentorum inter se nexus deviratos. Horum rursus potentiam, quia videlicet homo versatus non esse

esse ab omni suspicione vacuan, quinis alijs  
Dominis, aulicis suis, iam arte ad hanc digni-  
tatem prouectis immediatam gubernationem,  
tam Principis, aulique illius, tum Iaponizto-  
tus commisit, ea cautione, ut Iesalo, eiusque  
comitibus gubernatoribus generalibus maxi-  
matum quamq; ne causarum, ac negotiorum,  
quae gererentur, redderent rationem. Itaque hi  
nomen tantum honorem q; ad administratorum  
gerebant, illis vero quinque re ipsa totum gu-  
bernationis onus, ut pote maxime fidis, incum-  
bebat. Quorum caput erat Gibuno Scius, amico-  
rum Taicosama summus. Sublato autem è vi-  
nis Taicosama, omnes iam dicti sanxerunt con-  
venienter sponsioni suæ ac iure iurando, legi-  
bus ab eo promulgatis, testamentique verbis  
standum, & per omnia obsequendum esse.  
Quare & statim, Iaponicas copias, quæ in regno  
Coreano erant, ut Taicosama mandarat, ius-  
serunt ab armis discedere, & in patrium solum  
redire. Certe in toto huius negocij decursu, si  
mundi consul a spectemus, summa usum pru-  
denter Taicosam exitus ostendit: hac si qui-  
dem via, ratione que, ita omnium Dominoru-  
m, summorum, infimorumque, quos multis  
quoque ante obitum munetibus affecerat, ani-  
mos sibi deuinxit, maximi ut honoris loco du-  
cerent, & Principie in finem. Imperium

## 6. DE REBUS IN IAPONIA

Quæ opinio eo usque progressa est, ut nullus in toto regno vel minimum lætitia de eius morte indicium; econtra omnes nō exigua doloris argumenta dederint. Quocirca in horas singulas à Christianis Domini ex omnibus Insulæ partibus serio monebamur, caueremus vel minimum lætizie signum edere, aut nouam aliquam inducere mutationem, donec aliud eventa rerum docerent. Vnde factum, ut multo tempore inter spem metumque futurorum successuum anticipet, ut fieri solet, in huiusmodi rerum statu, haec eremus. Nec tamen pro occasionibus oblatis passi sumus ad honorem dominum promouendum desiderari industriam nostram. Nam cum è gubernatoribus duo, Gibonoscius & Asonodangius Meaco in has partes Scimanas aduenissent, ut bello Coraiano iuxta commune regentum decretum finem imponerent, copiasque omnes in Iaponiam retiocarent, cum vitroque arctissimam iniuriam amicitiam: qui litteris ad me datis meum in Iaponiam redditum comprobarunt, ac Nangasaki, quo uno in loco nostris à Taicosama commorandi potestas fuerat concessa, resistere iussi sunt, atq; insuper promiserunt, maximè Gibonoscius Augustino nostro Tzunocamindo no coniunctissimus, sc, quantum temporum conditio vateretur. rerum nostrarum ratio-

cum Taicosamæ edictis pugnaret, necesse fuit cum patientia domi delitescere, donec aliud consilium temporis suggereret opportunitas.

Cæterum, velut inter eos, qui aliis imperitat, diurna haud solet esse concordia, ita in Iaponia inter Gibunoscium & Asonodangium, qui capitali odio intrinsecus à se mutuo dissidebat, atq; inter Coraianæ expeditionis Dominos, gravissima exarsit contentio de terminandis pacis initz foederibus, & redditu in Iaponem instituendo. Nam in factiones diuulsi, simul atque in Iaponiam reueterunt, qui Augustini partibus se aggregarant, mox arctissimo sœdere se Gibonoscio astrinxerunt, cæteri vero Asonodangio Gibonoscij aduersario, alteriusque factonis duci & antesignano. Ab utraque stabant magna auctoritatis Dynastæ & Domini. Augustino patrocinabatur Gibunoscus, cum suis, vt Domino Arimensi & Omurano cum confederatis, Rege Saffumano, Giananganando cum alijs Dominis è Cicungo, in quorum numero erat & noster Tofcitondonus, & Tarazauandonus Cubernator Naganschanus, aliorumque statuum Domini. A contraria parte stabat Asonodangius, tum Canzuidonus ( cuius status dimidiā regni Fingensis partem complectitur, Augustini ditioni, cui infestus hostis est, finitimam ) Cainocamus item & Ichinocamus, Regni Bugensis, ac denique Nabescima Fingensis

## 8. DE REBUS IN JAPONIA

Dominus. Vtrique hostilibus animis necdura patefactis in viam se dedere Meacum versus. Ad aulam ut ventum est, querelis acerrimis vtrinque, maxime ab Asonodangio, deceitatum est; & quamuis a Ieiaso, aliisque Dominis multum operz posicium sit in vtrisque pacificandis, tamen nihil effici, nisi damnata Augustini factione, potuit: quanquam ne sic quidem Asonodongiani conquierunt, sed aliquot annisque Dominis in suam sententiam pellectis, aliisque paulatim eisque progressa est contentio, ut tota res ad ciuile totius Iaponie bellum inclinare videretur. Nam Gibunoscius declarauit se Ieiaso aduersari, eo quod plus auctoritatis in gubernatione sibi tribueret, quam fuisse, atque etiam inuadendi dominatus Tenzan non obscura indicia dedisset. Vnde factum est, ut sumptis vtrinque armis, Gibunoscius annuentibus ceteris gubernatoribus non dubitaret palam Ieiaso capita quædam suspicionum suarum obijcere. Ieiasus vero, etsi id temporis animi sui sensa dissimularet, rationemque factorum suorum redderet, tamen paulo post e regnis proprijs triginta militum millia tuendi sui causa euocauit. Et quoniam omnes Iaponiz Dynastæ tunc in aula regia præsidio erant, quorum alij in arce Fuscimana Meaco vicina, alij in vrbe Ozacana, ut illustriorem ex Taicosam decreto Principis aulam redderent. decebant. con-

nem, quatum altera Gibunoscium, & Guber-  
 natores, altera sequeretur Ieiasū; licet hic qua-  
 si neutri parti studens, velat omnium amicus, v-  
 troisque complecti videretur. Itaque cum ex o-  
 mnibus regnis accitæ copiæ ad singulos domi-  
 nos furiosè concurrerent, sic ut in Fuscimo &  
 Ozaca ducenties millena censerentur militum  
 capita, singulorumque dominorum quasi obsi-  
 dione vallata apparerent palatia, noctis vero  
 horis tantus esset strepitus armatorum, vt in  
 duobus illis propugnaculis vniuersa orbis ma-  
 china à fundamenus evertenda putaretur; ni-  
 hilominos multorum licet mensium interuallo  
 ranta perstigit inter medios hostes animorum  
 moderatio, nullus vt prior mucronem in alte-  
 rum distingere auderet, probè scilicet conscij,  
 minimo semel pugnæ initio facto mox omnes  
 in mutuas cædes ruituros cum manifesto totius  
 leponiæ exitio. Eam ob rem severissimo edicto  
 milibus, ministri que omnibus vetitum erat,  
 ne certamini causam darent: vigilæ quoque  
 actiores notandis primis auctoribus decretæ.  
 At cum tandem Ieasi factio accessione viro-  
 rum Principum, qui Gibonoscium eiusque fœ-  
 deratos deseruerant, mirè augesceret, contraria  
 verò gubernatorum languesceret, Ieiasus quasi  
 vitor magnoperè vrgere cœpit, vt Gibonoscio  
 veiter discinderetur: nullam siquidem aliud  
 Iaponiæ tranquillandæ superesse antidotum.  
 Verum cum Augustinus ceteri que Domini

Christiani à Gibonoscio starent, facile apparebat malum longius progressurum, atq; vnū cum Gibonoscio fœderatos quoq; principes in idem capitatis discrimen vocatum iri. Deniq; Ieiasus robore bellico in dies aucto f. etus, noctis vnius beneficio propugnaculum Ozacanū, in quo degabat Princeps, inuasit: cui proximus tunc erat Gibonoscius in palatio suo agens extra propugnaculum, sex millium militum custodia circūseptus, sed inuasorem celeritate p̄suetus, repellere non potuit. Quo casu plurimum imminutæ sunt Gibonoscij vires, sic prorsus, ut opus habuerit se recipere Fuscinū, quod tūc in Gubernatorum potestate erat. Eum letutus est Augustinus, ad liberandam fidem suam semel Taicosam & Gibunoscio p̄stirā; mori, donec melior se cōditio offerret, paratus. Nec diu moratus Ozicæ hostis copias omnes Fuscinum mouit, colloquioq; cum aliquot Dominis de ineunda pace habitu, ad extremum in eam sententiā venit Ieiasus, vt Gibunoscius (licet maiore nō in modum à suis virgeretur, nulli alij cōditioni subscribere, quam vi ē medio tolleretur) vt dūtaxat ex-authoraretur, hoc est omni dignitate, gubernādiq; potestate exueretur, & cum omnibus suis ad statum suum in regnum Om̄i repedaret. Qua conditione accepta, Gibunoscius recessit, vna cum Ieasi filio velut obside, ac tādem saluus ad suum statum peruenit. Voluit & Augustinus se ei cōmītē adiungere, sed non acquieuit, ob fidē

catero-

cetero qui in multis aduersitatibus constanter  
p̄stitā de Gibono scio optimē meritus. Quod cū  
non ignorarent, quotquot in aula degebāt, mi-  
ris Tzunicam in donum Augustinū extollebant  
laudibus, atq; adeò ipse Ieiasus, talem hominē,  
qualis foret August. qui tanta fide, cum luculē-  
to vitæ fortunarumq; periculo semper Gibuno-  
scio adhæsisset, omni præconio & honore di-  
gnissimū aiebat, optareq; se tales sibi intimo a-  
micitiæ vinculo colligatos. Vnde & postea cre-  
brius ei in colloquiū euocato, omnia familiari-  
tatis & benevolentię signa exhibuit, eaq; de cau-  
sa ipse cū ceteris Christianis nūc in suo statu ex-  
tra omne periculū viuit, & nos quoq; omni me-  
tu cum ingenti gaudio & consolatione liberati  
sumus. Certè negari nō potest Ieasum in tantis  
tumultibus eximiam cū prudentię, tum fortis a-  
nimi laudē retulisse, quod vniuersam Iaponiam  
tam infestis signis in sua viscera iam prop̄ruen-  
tem, nullo in quenquā exerto gladio, sedauerit.  
Quāquā verò nūc reliquis gubernatoribus pri-  
stinā administrandi regni potestatem, si externa  
spectemus, relinquat, nihilominus illi in omni-  
bus eius voluntati obsecundant, hoc est non a-  
liud sibi propositum declarant, quā edictis Tai-  
cosamē parere, & tueri in Imperio Principem.

Verum, etiam si hac via & ratione iam expo-  
si pacificata esset Iaponia nondum tamē satis-  
faciūt erat capitalibus Gibunoscij aduerlariis  
qui eis rotis arrubus exultare

omni magistratu deicatum, moleste tamen ferebant eum in statu suo viuum degere; atque in lapere Augustinum apud plerosque Dynastas ipsumque et Ieiasum in tanta esse aominis existimatione. quare & nouis in utrumque querelis sues Ieiasi obtundere non dubitarunt, sed frustra; nam velut importunos & turbulentos homines a se reiecit, omnibusque potestatem fecit patrium solum repetendi, quod & factum est. Vnde summa ubique pax, omnibus supra modum obstupescientibus consecuta fuit.

Animos tamen multorum adhuc exacerbatos & prauorum humorum plenos constat. nam quatuor Domini Ieaso in gubernandi functione adiuncti nequaquam permittere volunt, ut ipse veltotius Iaponiaz imperium sibi vendicet, vel Principem secum derineat, in ceteris ad omnia honoris amorisque officia promptissimi. Atque haec breviter necessario commemoranda existimavi, quo rectius intelligantur, quae deinceps de Societatis nostrae Patribus, fatatribuerique, ac rei Christianae successu sum dictus.

Dum itaque rumoribus sermonibusque hominum iam dicta iactarentur, prosperorum eventuum spe ille & cogitare coepimus de Patribus nostris in præcipua quoque loca, vnde iam malto tempore exularant, remittendis. Ergo F. Organinus, cum nonnullis Patribus, pluribusque scribèt, quam ante ibi fuerant, Mea um  
guez-

reuerit. Quia verò Tarazauandonus patum benevolam se nob̄ s demonstrabat, boram nostrorum partem Nangasachō euocare, & in locum studio litterarum prosequendo idoneum destinare, constituimus. Id vbi cognouit Reuerendissimus Episcopus; non ignarus, quam necessaria fibi foret idiomatis Iaponici notitia ad suas functiones fructuosè exercendas, proisus decreuit, nulla habita ratione aut ætatis, (quinq̄agesimum iam attigit annum) aut defatigationis ex p̄iæteritis laboribus, aut difficultatis, quæ esse solet in peregrinis linguis addiscendis, se cum P. Valentino Catualio, & P. Ioanne Pomerio alio recipere, ut nob̄ exemplum daret. animumque adderet, nullos sudores, in affectu licet ætate, proximorum causa detrectandi. Delegit autem Amacusam, Augustini insulam, locum ab omnine negotiationum, turbarumque estrepitu remotum, & idcirco ad litteratum studia percommodum, in quo iam ante domicilia exstructa erant nostræ habitationi congiuntia.

Martio ergo mense sedecim è Societate cum Reuerendissimo antistite iter instituimus Amacusam, adiunctis vna plusquam triginta seminarij alumnis, qui auditores futuri erant Compendij Theologici, in quo Iaponico idiomate præcipua Catholicæ fidei capita exponebantur. Menses alioquot ibi commorati sumus, studio cognoscenda lingua, duabusque p̄iectionibus quoque

que die, repetitionibus, compositionibusq; habendis diligentia tanta, quam nuncquam ante in Philosophia Theologiaq; perdiscenda posueramus. Cæterum, quoniam Amacusa longiore, quam oportebat, inter uallo disiuncta erat à cæteris nostrorū domiciliis, quæ opera nostra sunt inde indigebant, Meacenſium q; res ad tranquillorem statum vergebant, noua sedes, eaq; non incommoda in ditione Scico, Augustino subiecta, vbi ante habuimus residentiam, constituta est: eoq;, quia haud longe Arima, Omura & Nangashacho aberat, Augusto mense cōmigravimus, vbi & nunc nostris addicti studiis, versamur.

Inter causas iam commemoratas, quæ nos inducere, ut nouum illud Scicianum domicilium inoliremur, fuit quoq; illa non postrema, quod à Tarazauando affligeremur. Nā cum tumultuum dictorū tempore Meaci ipse degeret, gravioriter tulit à me R. P. Organtinū amādatum sine sua facultate Meacum, veritus nimirū, ne nomen suum ad gubernatores deferretur, quod Ecclesiæ nostræ solo & quasset, & idcirco Nangashana exueretur præfectura. Quocirca vehementer ferocire cepit, & P. Organtino per certos homines imperare, ut confessim Nangashum, vbi commorandi nostris potestas esset & non alibi cōcessa, repeteret; si renuat, se nihil omissorū eorum, quæ molestiā illi cōciliare que-

P. Viceprouincia  
uerelas. iubens

que cum minis, ut Patrem ad obediendum co-  
geret. Vicario quoq; suo gentili Nangasachum  
scipit, ut nostros, quibuscunque modis posset,  
dinxaret & opprimet, Christianosq; omnes  
ab Ecclesiæ nostræ aditu arceret. Mandatū hoc  
Nangasachum ad Vicarium allatum est hebdo-  
made sancta, qui tanta seueritate illud executus  
fuit, ut etiam in crucē agere voluerit duos Chri-  
stianos in diuerberatione sui corporis, ibi iam  
ante consueta, deprehensos. Vnde tanta secuta  
est perturbatio, ut ad me scriberetur, necessariò  
seminarium cum aliquo fratribus nostris Nan-  
gasacho transferēdum, relictis tantum in Chri-  
stianorum auxilium pauculis sacerdotibus, ut  
si mitesceret Tarazauandonus. Quia in re ini-  
rifica eluxit Dei prouidentia, quod iam ante A-  
macusam pleriq; migrassemus. Interea Meacum  
misimus P. Ioannem Rodriguez in aula, ob ne-  
gotia Societatis saepius cum Taicosama tracta-  
ta, notū, scripsimusq; Augustino, cui confade-  
ratus erat Tarazauandonus, quātis afficeremur  
incommodis. Tarazauandonum quoq; ipsum  
certiorē reddi curauimus, cur P. Orgatinus ipso  
inīcio Meacū rediisset, ut sinistrā omnē suspicio-  
nem animo eius eximeremus, eiq; nomine meo  
disertè exponi, nulla alia de causa in regnū la-  
poniæ nos aduenisse, quam ut in eo Christi fidē,  
omnib⁹ ad salutem necessariam, annūciaremus,  
paratoq; esse nos omnes ad profundēdum pto  
ea sanguinē. Quia in re si nobis fauereret, non du-  
bitare

bitaret, nobis gratum fore, si Nangasachana gaudeat Praefectura; sin secus, nunquam vi villa effectarum, ut partibus eius astipulemur. Christiani quoque vnum ex Antianorum primariis eadem de causa ad Tarazauandonum ablegarunt.

PATER Rodriguez, ut Meacum peruenit, à Iesu & aulicis humaniter est exceptus. In colloquio autem cum Tarazauandono causam ventum est, non ab illo, non ab aliis, ut Augustino, Arimandono, & iam dicto Antiano, non modo declarauit se probè intelligere nos esse ab omni culpa vacuos, verum etiam non parum se dolere de molestia nobis illata. Quocirca ilicò ad vicarium suum acrem epistolam dedit, monuitque sic deinceps ageret cura Societatis hominibus, ut intelligant se sincerum eorum esse fautorem ac patruum. Et profectò non multo post serenioris auræ effectus palam apparuit, cum Ecclesia nostra ab ipsis que sexus hominibus haud secus frequentata fuit, quam si à Taicosama plena prædicandi libertate essemus donati.

Egit quoque P. Rodriguez de nostra restituione cum Ieso, qui vii benignum & perhumanum se ostendebat, ita respondebat, cunctatione aliqua adhuc opus esse, sibi enim per calumniam non ita pridem obiectum, leges Taicosam à se violari, & ad monarchiam Tenzęa spirare, eumque ob rem se non posse nunc publicam facere nobis potestatem, quam suo tempore esse i. facturus. Ex hoc responso, aliisque,

quæ ac-

quæ acciderunt, coniecturam fecere Domini Christiani Ieiasum non fore nostris conatibus contrarium, & idcirco posse nos esse quietos & securos.

Vix dum tempestas iam dicta sedata fuerat, cum ecce longe immanior & turbulentior excitatatur Firandi. Seniore Tono Firandensi ex hac vita sublato, successerat regni hæres filius, nomine Foin, geritilis. Is Meaco, ubi tunc degebatur, per litteras filio, aliisque qui eius vices in gubernatione obibant seuerè mandauit, primum, ut sedulo pro anima parentis precationum iusta persolui curarent, deinde ut D. Hieronymum, eiusque filium D. Thomam, cognatos, famulos, & ad summam Christianos omnes compellerent ad abnegandum Christum; nullum enim deinceps se Christianum in suo statu toleratum. Hoc impio mandato publicato, omnes fuit infernales se ad exscindendam Christianitatem illam, omnium totius Iaponiæ antiquissimam armarunt. Ac primum quidem nuncius alatus est ad illustrem Dominam Mitiam, Omurandi sororem, nuptiali fædere ipsius Foin filio coniunctam. Maritus enim ipse, qui Ethnicus est, ei disertis verbis dixit, parentem suum serio imperare, ut Christiani omnes ad priscas gentilitatis superstitiones redeant, ipsamq; debere esse primam nisi malit facto diuortio redire ad suos Omuram. Atq; ut facilius eam in suam & scelerati genitoris pelliceret sententiam, ni-

mis adiunxit blanditias, verbaq; amoris plenis-  
sima, qualia debebantur coniugi ex quaternos  
haec tenus liberos sustulisset. Erant omnes clan-  
culum salutari baptismo lustrati. Verum illa  
animo fortis & constans, crebrisque huiusmo-  
di exercitata casibus, audacter respondit, gra-  
ue quidem & peracerbum sibi fore coniugale  
diuorium, tamen id non esse inter tanta tam-  
que dira mala & incommoda computandum;  
quin ea perferre statuisset potius, quam fidem  
semel Christo salvatori datam rescindere, quan-  
doquidem parata sit centies millies pro ea mor-  
tem oppetere. Hoc responso dato, exemplo, ut  
animi constantiam monstrareret, marito de-  
serto, sponte in alias aedes immigravit, e quibus  
ad Omurandonum fratrem suum epistolam de-  
dit, obtestans cum, ut certos itineris comites ad  
seablegaret, le prorsus decreuisse repudiato cō-  
iuge Omuram reuertimmo potius se malle ostia-  
tim petere in hac vita, & millies occumbere,  
quam tam execrando scelere diuinam offendere  
maiestatem. Idem scripsit Episcopo, & aliis  
quibusdam de Societate nostra, petivitque ut se  
in tanta calamitate precibus commendata impha-  
beremus. Omurandonus responsum ad eam  
dedit hominis vere Christiani pectori conue-  
nientem. Denique illa in omnibus tam forti-  
ter fidenterque se gessit, ut maritus eam mul-  
to impenso labore vix tandem placare potue-

nec sanctè promitteret , se nullum amplius verbum de hoc diro edicto facturum , pristinamque libertatem in vita Christiano homine digna agenda concessurum : qua & nunc cum magna laude , & existimatione hominum fruuntur .

Eodem tempore ad hanc perfidiam vehementer extimularunt suprà nominatos Dominos , Hieronymum & Thomam , aliosque eius fratres , nec non D. Balthazarem eius consobrinum , qui sunt primarij apud Firandenses & proximi ipsius Toni cognati , ac multorum beneficiatorum vel vasallorum domini . Cæterum & ipsi fiderenter responderunt , se non iam recens , sed inde à priscis auorum temporibus factos Christianos , itaque edicto eius parere bona conscientia non posse , parituros autem promptissime , si aliud quiduis imperiet , unde nullum offensionis diuinæ impendat periculum . Itaque gubernatores regni , eos timentes , quod essent viri Principes & valde potentes , multis artibus circumuenire conati sunt , ut sui Toni voluntati vel in speciem obsequerentur : submisere etiam exploratores , qui cauerent , ne vel praesidium aliquod conscriberetur , vel excitaretur tumultus . Diem demum ex die extrahentes , obsecabant & adjurabant eos , ne se in propriam præcipites agere velint ruinam , minimum verbis exprimerent se Toni editis statueros ! id si obirent .

facilè tempestatem omnem se composituros. Scripserant iidem Domini ad Episcopum, ut cognoscerent quid factio opus foret in præsentí casu, seq; paratos profitebantur ad adeundū vi-  
tae fortunarumque discriminem, & nōstris oratio-  
nibus se commendabant. Et quia in dies reditus  
Foin expectabatur, p̄t̄ter litteras binos ē no-  
stris eo amandauiimus, qui solatium aliquod af-  
flictis adferrent, et si quatuor alij, qui in regno  
illo iam ante sedem fixerant, suis partibus in si-  
mili caritatis officio minimē deessent. Sed ad  
extremum decreuerunt solum vertere, & de-  
serto statu ante profectionem instituere Nā-  
ngasachum, quam Foin Firandum reuertisset.  
Quo in consilio Dominus noster sic eis pro-  
pitius fuit, vt nocte vna cum uxoribus, liberis,  
familia, ac valallis plusquam sexcentis insciis o-  
mnibus, nauigio se Nangasachum transpor-  
tandos curatint. Eares Firandi diuulgata, tan-  
to stupore affecit gentiles, vt existimat̄t nun-  
quam futurum, viros tam nobiles & illustres,  
ne Christianæ fidei renunciarent, sponte conie-  
cturos se in tantum fortunarum discriminem pa-  
triumque solum, amicos, omniaque commoda  
temporalia pro Christo suo deserturos.

Ac certe hoc faciliore hercico eximia dini-  
næ maiestati gloria, Christianis Laponiis nouum  
decus, nobis verò incredibilis accessit lœtitia:  
quamuis binæ difficultates non exiguae se of-  
ferebant. Altera erat, quod lege à Taicosama  
cautum

cautum esset, ne quis beneficiarius subditus  
in aliò sine Toni sui facultate, commigraret:  
secus posse à Tono multari morte, aliosque  
omnes esse obligatos tales in eius manus tra-  
dere. Cum itaque, ut dictum est, omnes Do-  
mini Christiani hoc tempore vixerint Mea-  
ci, nulli restabant qui illis patrocinari, aut in  
suam ditionem recipere possent. Sed neque  
Mangasacana commoratio periculi expers fa-  
tura erat, tum quod Tarazauandonus ibi gu-  
bernator, non solum singulari amicitia, sed  
etiam cognitionis societate esset Tono Firan-  
densi conianctus, tum quod à Vicario peni-  
tus inde arcerentur. Vnde altera orta est dif-  
ficultas, etenim cum locus haud suppeteret ex-  
cipiendo tanto hominum numero, & is esset  
rerum Societatis status, quem exposuimus,  
videbamur in luculentum vitæ discrimen te-  
merè ruere, si onus omne in nostros hume-  
ri deriuaremus. Accedit, quod dicti Domi-  
ni, quoniam per nocturnas tenebras clam fu-  
ga dilabendum fuerat, non copiosiore com-  
meatu se instruxerant, quam necessarius vi-  
deretur Nangasachum usque. Verum omnes  
istos difficultatum nodos perrupit caritas, &  
obligatio, qua tenebamur in tam perplexo ca-  
su Christianis opitulari, diuinæque gloriæ o-  
mne nostrum commodum vel discrimen post-  
habere. Scripsimus ergo Meacum ad P. Or-  
gantinum & ad Augustinum Tzunocamin-

1 22 DE REBUS IN IAPONIA

donum, ut si in aula sermones essent de praesenti negotio, causam Christianorum tuerentur, totamque noxam in solum Foin, uti verissime poterant, conicerent. Nam cum dicti Domini inde ab annis quinquaginta Christianis fuerint imbuti institutis, industriaque suam in expeditione Coraiana praeclarè probauerint, ab homini ratione & aequitate abhorre videbatur iam illis rem tam impiam mandare, quam nunquam mandasset vel ipse Taicosama, & in vicem remunerationis tantorum laborum, domo paterna sine causa eos exturbare.

Statuimus autem eos hospitio suscipere in domiciliis satis commodis, quæ olim Collegij nostri fuerant, & non longius Nangasacho abierant, quam quarta milliarum, & paulo amplius, pars: & erant non iù Tarazauondoni, sed Omuræ finibus sita. His adiunxitus alia vicina, à Lusitanis deserta, & noua quedam excitauius pro inferioris fortunæ hominibus: ac tandem omnibus abundè prospectum est.

Sub hoc tempus Meaco rediit Omurandas, ut cognito rerum statu, Tono cuidam sibi subiecto, in cuius ditione iam dicta domicilia erant, præcepit, ut Dominos illos non solum non domiciliis illis quod conabatur, exterminaret, sed quibuscumque rebus & officiis posset, benignè iuuaret, ipseque magna humilitate

nitate certos homines emisit, qui eos inuiserent & solarentur. Tres menses haec tenus in eo loco perdurarunt, Societate nostra omnia eis necessaria, quia aliud remedium non suppetit, subministrante. Quare res multorum bonorum causam dedit. quod enim nos mera necessitate, & obligatione caritatis prestitimus, magnam omnibus Christianis attulit ædificationem, dum oculis conspexere, nulli parcitum impensis, nulla exclusa vita discrimina pro recreandis iis qui patrio solo pro fide exularent. Nec modo Christianorum animos exemplum hoc magnopere accendit, sed freno quasi coercedit Ethnicos Dominos, ne facile audeant Christianos ad ciurandam Christi fidem impellere, qui pro sua clementia ne in his quidē angustiis nos deferuit. Nam Foin Firandum reuersum, ubi exitum rei cognouit, illico facti pœnituit, vetuitque quis deinceps molestia villa afficeret Christianos: quamquam non omnino prioris furoris scintillas compressit, cum constet cum nonnullos, eorum, qui discesserat, quædes flâmis absumpsisse, atque etiam non obscura lætitiae indicia dedisse, quod solum vertissent. Neque etiamnum defuncti, qui Dominos illos in suum regnum asciscere cogitent. Augustinus certè me certiore reddidit, se post suum è Meaco redditum omnibus locum attributurum in statu suo, vectigalque annuum maius, quam in Firando habuissent. Vnde postea plusquam triginta aliae familiæ vasallorum, qui dictis

Dominis seruiebant, aduenerūt. Cæteri vero, nullo vel studio & diligentia à Foin in patria retineri, vel comminatione etiam mortis à fuga absterreti potuissent, nisi per litteras eos commonefecissimus, ne ante patria excederent quā religionem Christi deserere cogerentur. Singulari autem Dei prouisione factum agnoscimus, quod hæc calamitas in tempus viuentis adhuc Taicosamæ non inciderit, si enim tunc Foin eam in Christianos excitasset, nec nos præsidio illo iam usurpato uti potuissimus in illis iuuandis, nec ipsi yllum per fugium alibi habuissent.

Dum autem res Christiana Firandi per afflictiones probatur, Deus alibi eas abundè solatiorum multorum supplemento compensauit. Cum enim nos iam Amacuse degentes animaduerteremus eum rerum Iaponicarum statum esse, ut nostris ministeriis maior pateret libertas, variæ institutæ sunt ad varia loca missiones, quarum, diuina aspirante gratia tam prosper successus fuit, ut quamplurimi gentiles, maximè in Finganis finibus, qui ad ditionem Augustini pertinent, CHRISTI iugo suscepto baptismo se subdiderint. Nam P. Ioannes Baptista, qui commoratur in Oiano, cum communionem aliquam cum finitimis Finganis haberet, dexteritate agendi cœpit nonnullos primarios viros in CHRISTI rete attrahere, & cum illis minorum gentium permullos;

multos; cumque ipse solus non sufficeret, aliū de de nostris alij adiuncti sunt, qui in reti pilicium spiritualium pleno atrahendo ex baptisimi aquis iuarent, & sex mensium spatio triginta millia capitum in Ecclesiæ littus attraxerunt. Neque hic ardor nostrorum constitit, sed repetita pescatione rotas illas terras ita exhausit, ut brevi nullus infidelium sit superfuturus. Promovit hunc conatum non parum D. Iacobi Sacuiman (qui unus est è præ ipuis Augustini vassallis) industria. Is post redditum in Iaponiam & Coraiano bello, recta contenderat Nangashum, vt ibi visitato Reuerendissimo Episcopo, exomologesin peccatorum suorum apud nostros ficeret, & diuinum Christi corpus pie acciperet, ad gratiam aliquam diuinæ bonitati rependum pro beneficijs, quibus (vt ipse loquebatur) Augustinum, se, usque comites, liberando, scilicet, eos creberimè à presentissimis periculis, affecisset. Deinde vt Confirmationis Sacramento ibi ab Episcopo initiatetur, quod solenni ritu factum est, tanta que animi submissione, pietatisq; sensu ab eo suscepimus, vt liquidò paulo post apparuerit eiusdem Sacramenti virtus & efficacia. Nam domum ad propugnaculum suum Iatusciranum reuerlus, desiderio in alios deriuandi, quod in se probabat, flagrans, cum primariis quibusque eius loci ind genis agere cœpit de rebus ad salutem

pristæ usus, ijs primū ad aures institutioni Christianæ porrigendas, tum ad caput sacro lauacro submittendum, adductis, tantum suo studio & diligentia effecit, ut breuissimo temporis interuallo vicena quina hominum millia Christi Euangeli & Ecclesiæ aggregata sint. Scintillis verò huius flammæ, nescio quo vento in Utanum propugnaculum vbi caput est status Augustini, per octo leucas delatis, paucis diebus quater mille, nec multo post bis mille, abiecto idolorum cultu, in idem ouile Christi per baptismi ostium se contulerunt. Et iam per litteras cognouimus, quindecim Utanorum primarios viros ad audiendam Christianam catechesin paratos, qui vbis iugo Christi subiecerint, ingens consequetur mortalium in illa regione conuersio.

Iam & ad aliud Augustini propugnaculum, cui nomen Iamba, decēm leucis supra Utum versus Bungense regnum, quidam de nostris amandatus est, qui hactenus bis mille capita supra quingenta salutaribus tinxisse aquis scribitur. Summa est, tantum ardorem ad baptismū confluentium extitisse, ut quatuor nostrorum catechizandi baptizandique labori prorsus succubuerint, in lectū deiecti, cæteris verò necessitate fuit indulgere remissionem aliquam & quietem, ut alacrius deinde cœpta prosequentur.

Magno gaudio exiliit Meaci August

quando periucundum hunc nuncium de rei Christianæ fælicissimo in suo statu progressu audiuit. Sæpenumero mihi scripsit, se quam-  
primum ad suos reueterit, Societati nostræ in  
Fingo residenti sufficentes redditus adsignatu-  
rum. Etiam in horas eius aduétum, (cum certo  
conset eum iam Meaco excessisse) præstola-  
musr.

Arimondonus quoque eodem tempore  
Meaci degens, quoniam superiori anno D. Lu-  
cia eius coniux, cum magna Christianorum sui  
status iactura & dolore è viuis exceperat, con-  
stituit alteras inire nuptias cum illustri fœmina  
**Congenium**, quorum dignitas apud Iaponios  
magua est; licet enim gentilis sit, confidit ta-  
men, vbi Arimam peruererit, se adiuuante di-  
uina gratia facile ad baptismum eam adductu-  
rum. Primogenito item filio suo quatuorde-  
cim annorum adolescenti, neptem D. Augusti-  
ni & D. Benedicti, (qui germanus Augustini  
frater est, & Sacaianus Gubernator) filiā ab Au-  
gustino tamen in filiam adoptatam, desponsa-  
uit.

Rebus autem Iaponicis ad tranquillitatem  
& pacem, de qua diximus, reuocatis, primus  
Dominorum omnium Christianorum Meaco  
adstatum suum regressorum, fuit Omurando-  
nas. Qui simularque Omuram attigit, etiam at-  
que etiam me obtestatus est, vt suæ ditionis  
quoque Christianos consolari vellem, quando-

quidem à nouissimo meo in Iaponem redditu ibi nondum fuisset. Ibi, tantusque mox extitit concutsus congratulantium, qui varijs ex partibus ventitarant, ut toto octiduo, quo inibi commoratus sum, nullam tempus alloquendi nostros mihi reliquum fuerit. Tot igitur visitationibus defatigatus celeriter maturaui Nangasachum, colloquio tamen prius habito cum Tono, quemadmodum illorum locorum Christianis post disturbatas superioribus annis belli Corajani, persecutionisque occasione Ecclesiastis, de necessaria verbi diuini prædicatione, alijsque spiritualibus auxilijs prouideri possit. & conclusum est, initium faciendum restituendaturum Ecclesiarum ( visum erat siquidem Dominis Christianis, ut tunc tempora erant, posse commodè fieri, nec videri pertimescenda deteriora ) deinde doctrinam ubique Christianam publicè tradendam, sacrificium Missæ cū concionibus repetendum, denique omnia Societatis ministeria, quæ olim usitata fuerant, redintegranda. Quo decreto omnes Christiani mirificè sunt recreati.

Paucis post diebus appulit quoque Arimondonus, & transacto primò visitantium ardore, ego quoque visendi eius causa iter suscepi, octonique diebus, quibus me secum detinuit, nouella, de qua diximus, sponsa cum aliquot gentilibus, quos secum abduxerat, magno stu-

rum

rum

hsdem Euangelicæ veritati cessit, sacram au-  
tem lauacrum sollemni admodum ritu & pom-  
pa cum suis accepit, ac post decantatum Missæ  
sacrum, cum Arimondonus confessionis Sa-  
cramento peccata expiasset, utriusque sanctum  
Matrimonij Sacramentum cum admirabili o-  
mnium præsentium gudio & applausu admi-  
nistravi. Ibi quoque decretum est, ut manus  
reædificandis Ecclesijs adhicerentur, ac Tonus  
quidem respondit se extructurum Arimensem;  
populi vero Christiani liberalitati commissa est  
Omorana. Tonus etiam edicta quædam vasal-  
lis suis admodum utilia promulgavit. Itaque  
Christianæ religionis status videtur ibi prope-  
modum in integrum restitutus. Aciam in mul-  
tis locis videre licet exurgere Ecclesijs: licet no  
excitentur, nisi quæ sunt necessariæ. nam cum  
Domini per bellum Coraianum in septimum  
visque annum extractum, eorumque vasalli ad  
tantam inopiam redacti sint, ut auxiliates man-  
us præbere nequeant, non plures exædifican-  
tur, quam mera necessitas, & incolatum facul-  
tates permittant.

Est & alia Missio adornata Facatam, eiusque  
viciniam: atque ab uno Patre, & fratre Iaponio,  
duorum mensium spatio mille supra quingen-  
tos è gentilitez superstitionis tenebris ad Euani-  
gelijs lucem traducti sunt. Accedit, multa ostia  
infidelium conuersioni patefacta, nonnullis vi-  
sitationibus ad diuersos Iaponiorum Dominos  
insti-

30 D. REBVS IN JAPONIA

institutis, sumpta occasione redditus eorum pri-  
mum ex regno Coraiano, deinde è Meaco. Ho-  
cum primus fuit Rex Sassenanus, duorum re-  
gnorum, & dimidij Dominus. Tum Nabesci-  
ma Dominus dimidiati regni Figenis, Hinc  
Cainocamus maioris partis Būgentis regni Do-  
minus. Tof. irondonus, qui nunc dicitur Fin-  
denatus quartæ partis Cieungani regni Domi-  
nus. Isedonus fratris nostri Mantij Ici auancu-  
lus, & Dominus tertiae partis regni Fiengani.  
Lafidonus, alijque Domini, quibus Taicosâ-  
ma regnum Būngense dñe, ibuit. Hi omnes iam  
nominati sunt horum novorum regnum de-  
Scimo Domini. Fuit autem illis hæc visitatio  
nostra longè gratissima, omnesque declararunt  
optare se, vt nostri in ipsorum ditione & statu  
sedes figant: quod modo reipsa præstare prohibi-  
tum sunt per occupationes, quas habent in pto-  
pugnaculis quibusdam erigendis, vt futura ma-  
la præcaueantur. Excipio Iſ. faindorum, cuius  
status inter Arimam & Omuram interiectus  
est, & ambo obit poterior: is enim locum  
nostris attribuit, & commodas ædes illis excita-  
uit. Ac iam vna cum filio nomen Christo per  
sacrum lauacrum dedisset, nisi dæmon per Do-  
minum alium gentilem ipsi confederatum, id  
impeditisset: quamquam non obscurè signifi-  
cavit, se suo tempore officio suo non defutum.  
In eius regno, ab annis paucis sexies mille gen-  
tiles gregi Christi aggregati sunt. Et nostre

vel saluti conuersorum inuigilant, vel iſthac iter faciunt, magna humanitate & beneuolentia excepit. Toscirondonus Dominæ Maxentiaz, pīz memoriaz Francisci Regis filiaz, maritus, post redditum ex Meaco, vnius de nostris opera mirum in modum vasallorum animos in statu suo ad complectendam Christianam legem accendit. Subſcripſerunt ſiquidem illi primatij Domini, ſic ut in præſentiarum numeremus quatuor Christianorum millia: eamque ob rem duos ſacerdotes, totidemque fratres illis regionibus, ac pariter regno Cainocami, in quo bis mille fuit Christiani, operarios adſignauimus. Atque ipſe Cainocamus, quia paulò ante inchoatam à Taicosama persecutionem, vrgente patre Quambioindono, in adolescentia ſua eodem tempore, quo Toscirondonus, baptizatus eft, ac poſtea Coraianæ expeditioni interefſe debuit, poſt viſitationem ab uno e nostris factam, voluit & ipſe intereffe prælectionibus inſtitutionis Christianæ. Ad quam quoque permuli gentiles ex eius aula, & Bonzij concurrent, & Catechistæ dubitationes luas propoſuerunt, quibus pleniffime fuit ſatisfactum, cum magna Cainocami conſolatione. Similiter Domini Bungenses, de quibus ſupra egimus, licet Ethnici, tamen potestatem fecere nostris in ſuo regno commorandi, & toto hoc anno magna beneuolentiaz proſecuti ſunt Patrem, inter Christianos ex diſperſione Bungensi quondam

dam residuos, quorum numerus est duodecim millium, degentem. Adhac concessere, ut sis sit omnibus fidelibus conuentienter legi Christianae vivere, ceteris vero, vt possint se ad Christianorum numeram, suscepto sancto latroco, adiungere. Etiam Dominorum illorum primarius declarauit, sc. vbi excitandi propugnaculi curis & labotibus liberatus fuerit, Catechesi audiendæ operam daturum, eaque audita ad baptismum processurum;

Amagutij noua nostrorum residentia constituta est, magni facienda, tum quod sita sit in ditione Morindoni Ieiaso in Laponia opibus proximi: est enim nouem regnum Domini, tum quod commorandi causa eo concessit, cum tota aula sua, nepos & filius adoptinus Marindoni, qui Patri ibi degenti multa benivolentia & humanitatis indicia dedit. Habemus nunc in eo loco Ecclesiam, & domicilia, cum quingenitis Christianis, qui inde a P. Francisci Xauerij temporibus inter tot tantasque calamitates religione suam & pietatem in Deum saluam & ilibatam conservauit. Quare speramus uberrimum ex hac residentia fructum consecuturum. In alia quadam ditione dicta Simona-scechi mari vicina, in via qua ex Scimo tenditur Meacum ipse Morindonus duobus Patribus nostris locum dedit, & addidit, se tantun-

timus recepit se negotium totum ad finem per-  
ducturum.

In regno Figen; quod Meaco vicinum est,  
cui imperat trium regnorum Dominus magna  
accessio fit ad Dominicum gregem, non tam à  
plebe; quam à principibus viris equitibus, &  
eiusdem Domini cognatis.

In regno Mino occasione missionis eò dire-  
ctæ; paucis diebus Christiani; annuente suo  
Dynasti, Nobunangæ nepote; qui anno 17.  
ætatis suæ alias baptizimi sacris lustratus est, Ec-  
clesiam fabricarunt, quadringentorum Iapo-  
nicorum scurato: um impensa: ( omnia enim  
domicilia in Iaponia lignea sunt, & operæ nul-  
la mercede, velat mancipia dominorum, labo-  
rem conferunt) structura elegans est, & multo-  
rum auditorum capax, eoque pluris æstiman-  
da, quod tam potenti Domino sit subiecta, &  
longè Meaco, hoc est, vicinas leucas, absit.

Ad extremum & in ipsa vrbe Meacensi non  
pauci se Christi legibus & institutis subijciunt.  
Itaque prorsus confidimus, breui in varij Ia-  
poniæ partibus maximas hominum conuer-  
siones secururas, simul atque finis impositus  
fuerit nouis propugnaculis vbique exstruen-  
dis, & veteribus plerisque disijciendis; quod  
non alia de causa fit, quam quæ d' Taicotama  
imperatore, noua belligerādi ratio sit excogita-  
ta munitiora postulet pro-

C

Ex

Ex his paucis hactenus enarratis facile concilere potest vestra Paternitas, quā a in tranquillitate & voluptate nunc in Iaponia viuamus, dum oculis cernimus, labores & calamitates persecutionum tot annis toleratas à benignissimo Patre misericordiarum tam copiosi fructus remuneratione compensari; ita prorsus, ut attoniti infideles supra modum admiretur, quod post tam diram, tamque diuturnam universalis monarchæ, truculentissimi Tyranni, persecutionem, non solum non religio Christiana collapsa sit, aut imminuta, verum etiam eousque progressa, ut nunquam florentiore extiterit.

Cæterum, ne plus æquo prosperis successibus extolleremur, voluit Dominus noster latitudinem nostram peracerbo quodam casu, quem iam commemorabo, temperare.

Faerat in Congregatione Societatis nostræ P. Egidius de Matta delectus, qui, ut Procurator discederet Romam. Conscensâ naui, cui nomen iunco, hinc abnauigauit versus Meacum, mense Februario. Solet autem intra quindecim vel viginti dies in illum portum inachisi iam autem cognouimus nondum mense Iulio comparuisse, nec hactenus explorati aliquid cognitum. Macaani suspicabantur Lusitanos forte, ob non distractis iniuria temporum, & mortis Taicosamæ merces alicubi  
here-

barere, nec loco ante se moturos, quām quæsum aliquem fecissent. Itaque decreuerant & ipso anno abstinere à nauigatione in Iaponiam, ne iacturam aliquam, ob diminutionem luci facerent. Sed cum ingenti suo & nostro dispendio halucinati sunt: nam iuncus in Iaponia non mansit, & si nauis altera Meaco cursum suum tenuisset, potuisset magnam partem damni ob iuncum facti reparare. Perierunt enim aquis absorpti plusquam septuaginta Lusitani, alijque multi, & in sola pecunia quadringenta millia scutatorum. Neque nos damni. tam temporalis, quām spiritualis expertes fuimus. Fluctibus enim ijsdem haustus est dictus P. Egidius, & cum eo omnia, quæ secum deportabat; auxiliaque & remedia, quæ nobis erat procuraturus. Destituti quoque sumus decem sacerdotum opera, quos è Collegio Macaano ( vbi seminarium est eorum, qui aliquando mittendi sunt in Iaponiam ) euocaram: eorum enim subsidium ob Ecclesiarum, & domorum nouarum ædificationem, variasque missiones ad gentilium conuersionem omnino nobis erat necessarium. Verum sicut afflictiones à Deo immisæ, sunt cum misericordia & solatio coniunctæ, non animo deicimur, sed diuinæ voluntati libenter nos conformamus, firmissima spe freti, eam alijs medijs idoneis rem Christianam promoturam.

Reue-

56 **DE REBUS IN IAPONIA**

Reuerendissimus Episcopus hactenus com-  
moratus est in ædibus nostris, & diutius vide-  
tur commoratus, tum quia per leges à Tai-  
colama latas vix aliud potest, tum quia in Iapo-  
nia, alij clericij nec sunt, nec tam citè esse pos-  
sunt. Accertè propter eximias virtutes suas, &  
præclara dona illi à Deo concessa, omnibus no-  
stris magis consolacioni est & exemplo. O-  
mnes Domini Christiani, ceterique plebei, qui  
vehementer consuetudine eius oblectantur,  
magno generatione & amore eū complectuntur.  
Nec intotim quicquam sinit in officijs sui parti-  
bus à se desiderari, cum occasio se præbet, ut a-  
lijs scriptum est.

Dum has literas exato, peregnit Nangash-  
chum Dominus Augustinus, ubi cum non re-  
perisset Episcopum, visitato P. Prouincia. Itum  
præsente Scichum ad Episcopum contendit,  
vbi Episcopi rogatu biduo magna sua, nostraq;  
consolatione restitit, multosque sermones ha-  
buit de promouenda re Christiana. Celeriter  
autem inde digressus ad terras suas propugna-  
culorum excitandorum causa abiit, adiecta  
sponsione se post viginti dies Scich imreditu-  
rum ad suscipiendum Sacri Christiani statu-  
tum. Deus ipsum aliosque Dominos Christia-  
nos diu in suis statibus saluos conseruet.

**Quod ad regni totius Iaponici statum anti-**

dum non esse haud facile mutationem aliquam intra breve tempus consecuturam. Nam, cum omnes Iaponiae Domini magnoperè sint Taicosamæ obstricti, tuerique constituerint Principem in statu suo, qui nunc est septennis; obedientiam quoque debitam præstabunt, nullo repugnante, Iesalo, si ille secundum Taicosamæ leges gubernationem prosequatur. Si enim imperium sibi usurpare vellet, omnes illico haberet infestos, & maxima bella commouerentur. Quocirca nec Iesus, ut est homo prudens, & affecta iam ætate, neinde sexagenarius, non facile se coniijciet in discrimen, omnia perdendi, quæ iam pacificè, & cum summa nominis, & fidei in Taicosamam Principis existimatione obtinet, ut consequatur, quod non nisi cum magna difficultate obtineri potest.

Non prætermittam hoc loco inter cætera Taicosamæ mandata, ut superiori anno scriptum est, fuisse, ut post publicatam suam mortem ipsum in Deorum numerum adsciscerent, facerentque Camum, & appellarent Scinfaciman, id est, nouum Facimam, Deum scilicet belli. ædificarent quoque sumpuositum delubrum, cuius typum & exemplar ipse designarat, in quo cadaver humarent, & statuam suam ab omnibus adorandam erigerent. Sublatis itaque tumultibus ante commemorative gubernato-

nunc extant in Iapone, fertur nobilissimum. Sollemni quoque ceremonia peracta est, eius diabolica consecratio vel relatio in Diuos, cum nūcupando Camum, omniū Camorum Principem, corpusque in fanum transferendo, & statuam in sublimem locum, ut adoraretur, erigendo; cum tamen anima infelix dudum destrusa fuerit in alia loca magis congruentia, vbi immanissime à tartareis spiritibus in omnem æternitatem viuis exuretur flammis, ille qui credidit nullam aliam superesse vitam, quæ opinio falsa, impia & execranda est.

Hoc spectaculum verè efficacis prædications vicem contra omnes Iaponios Camos subiuit, nec aliud fuit, quam illustris & solida veritatis, quam contra illos tuemur, confirmatio. Etenim quotquot cerebro non carent, dum considerant Taicosamam, omnibus probènotum, similem cæteris mortalibus fuisse, peruersæ vitæ, auarum, libidinosum & arrogans, qui multa sua consilia & machinationes nec ad optanū finem perducere, nec à morte se liberare potuerit, & tamen post mortem ab hominibus stultis factus sit Camus, & in Deos relatus; facile in eam sententiam veniunt, similes fuisse illi & cæteros vetustiores Camos, quos hæc tenus pro dijs coluerunt. Quamobrem vassim dictabant. Ecce. hoc est, quod Parres

cortoborati, ac insuper gentiles ob superstitionem suorum Chamorum cultum pudefecerunt.

Sub idem tempus ad confundendum amplius idololatriam Iaponis, nouique delubri, placuit Deo in ditione Fingana Domino Augustino subiecta, regium vexillum erigere. Nam in Lateufiro, ubi diximus, multos sacris vndis elutos, crux in cemiterio quodam defixa, coram qua preces institui solebant a Christianis, magno splendore collucens cuidam adolescenti Christiano, inibi cum alijs precibus vacanti, apparuit: cumque socios commoneficeret, coperunt & illi fulgorem circa crucem animaduertere. Rumor huius rei ut delatus est ad Lateufitanos, locaque finitima, mox maximus hominum concursus nobilium ignobiliumque ex vicinis, remotisque locis inde ab Atimensi statu est factus. Apparitionum circa crucem magna fuit varietas. alij enim varias cernebant cruces. alij vnam solam fulgentem, alij nihil. Multi licet proximi non conspiciebant, nisi ipsam ligneam crucem, sed postquam non nihil orassent, alias multas, ut reliqui. Cospicuæ autem erant tum interdiu, tum noctu, & nunc ex uno, nunc ex altero, nunc verò ex utroque crucis latere, ac tanta magnitudine, quanta lignea crux, vel etiam maiore, maximè sub finem. Harum apparitionum soli Dominus nostro explorata est causa, utilitas autem secura non penitenda. Multi genim hoc specta-

culo ad lachrymas sunt commoti, & ad confessionem peccatorum cum serio emendanda viræ proposito faciendam adducti. alij plurimorum in fide Catholica sunt confirmati, immensaque diuinæ maiestati agebant gratias, quod tam admirabilium yisorum spectaculo digni habiti fuissent; complures quoque gentiles incensi sunt, vt cupiditate magna desiderarent quamprimum Christianis iniciari sacris. Vnde, vt diximus, in Iatensico tam magna insecura est infidelium conuersio.

Reuerendissimus Episcopus re tota à multis fide dignis cognita, consilio cum Patribus collato, quid in re præsentì factò opus esset, tandem constituit, concussum populi, eiusque religionem in S. illam Crucem non esse inhibendum, donec tempus doceat, quid decetero sit faciendum. Id modo mandauit, vt ipsa sancta crux, quia exigua erat, maiori alicui includeretur, & reuerenter eodem loco defigeretur, adiuncto teclo quatuor columnis nixo, cuius tamen omnia latera patarent, vt populus à consueta deuotione sua non arceretur. cooperat is iam frusta ex ea quedam excindere, & reliquiarum sacrarum loco conseruare, sed postquam inclusa fuit, commode amplius non potuit.

Atque hæc sunt, quæ mihi ad P. T. scribenda se offerebant. Sudore fui nos suis Patrum àue &

hacrum precibus, sanctisque sacrificiis habeas  
impensis commendatos, ut copiosa ista anima-  
rum missis iam ad summam maritatem quasi  
procedat, nostra incuria non pereat. Ex Lapone.  
20. Octobris, Anni 1599.

**R. P. V.**

**Filius inutilis in  
Domino**

**Alexander Valignanus**

**C**

**D**

42

DE REBUS  
IN IAPONIÆ  
RÉGNO POST O-  
BITVM TAICQSAMÆ  
IAPONICI MONAR.  
chæ gestis.

*EPISTOLA ALTERA*  
<sup>A</sup>  
P. VALENTINO  
CARVALIO SO-  
CIETATIS IESV,  
*AD*  
R. P. CLAVDIVM A-  
quauiuam Societatis eius-  
dem Generalem mense  
Februario anno  
1601. data.

# AD LECTOREM.

 VAMVIS littere annue Iaponia anni millesimi sexcentesimi, (qua debebant proxime subiici superiori epistole, data anno 1599.) in quibus uberioris Christiana rei statu, fructu & augmentum explicari solet, non sint reddite; tamen in gratiam eorum qui magnam ex hanc narrationum lectione capiunt voluptatem & consolationem, opera pretium facturi vissimus, si supplementum saltem hoc, in quo crebra est annuarum mentio, adderemus: in quo exponitur rei Christiana statu, qui post dictas annuas in Iaponia regno fuit.

## EPISTOLA II.

### ADMODVM REVERE RENDE IN CHRISTO PATER

ET si in qualibet orbis parte non desint christiani regnum, dignitatumque mutationes & vicissitudines, tamen ex nusquam frequentiores manifestioresque exiterunt hoc tempore, quam in insula Iaponia. Sigillatim autem nunc, post datas ad T. Paternitatem annuas, ab Octobri mense anni sexcentesimi supra millesimum, usque ad Februarium anni proximi in sequentis, roti inciderunt casus exotici, tantæ regnum conuersiones, tantorumque dominorum cœdes. ut etiam si aliâs ad nondum

motus aures nostræ dudum occalluerint, nunc  
tamen quasi pauro & stupore defixi hære-  
mus. Siquidem Domini, qui ad Imperij Iaponi-  
ci claram confidebant, tantisque ob pacta in  
Daifalamam fœdera incedebant Iaponiis, haud  
secus, quam si victoriam haberent in manibus.  
(immò cum ab omni gubernandi potestate iam  
excluserant) paulo post rota fortunæ in contra-  
rium æcta in tantam cladem inciderunt, vt non  
sisi horrificam, omnique lacrimarum fonte  
deplorandam tragœdiam repræsentarint. Neq;  
nos communis grumæ expertes fuimus, sed  
cum vniuerso grege Christiano in maius, quām  
alías vñquam, vitæ fortunarumque discrimen  
vocati sumus. Verum quæ Dei immensa boni-  
tas est, & peculiaris in hanc vineolam suam pro-  
videntia, exagitari quidem passus est hanc no-  
tuellam Christianorum Ecclesiam atrocibus, pe-  
riculorumque plenis procellis, tamen tandem  
tempestatibus compressis, vndisque maris se-  
datis saluam & incolumem in portum prouexit,  
ac iam eo loco constituta est, vt profusa confida-  
mus eam brevi maiori, quam aliás, tranquillita-  
te perfruitoram. Cuius tranquillitatis non con-  
temnenda initia iam se ostentare cœperunt, nec  
dubiam spem polliceti iactaræ hac perturbatio-  
ne rerum factæ, ad maiorem diuini nominis glo-  
riam, Christianorumque salutem, reparandæ.  
Quod, vt rectius intelligatur, succinctè totius  
belli inter Dominos Iaponios post annas po-

stremas datas excitati decursum & successum de-  
scribam, deinde alia particularia commemorabo. Cum ergo tota Iaponia in armis staret in bi-  
nas dissecta factiones, quarum altera gubernatores, Dominosque statuum eis fœderatos, se-  
quuntur, altera Ieiasum, dictum Daifusamam,  
qui cum aliis Dominis in regnis suis Quantanis  
Canguetalo è gubernatoribus vni bellum mo-  
uebat: gubernatores, ut hosti aditum inter-  
cluderent ad urbem Meacensem, magnam co-  
piam suarum partem in regno Isciensi & Ari-  
mano, coire voluerunt, ut finitimi regni Voar-  
ani propugnaculum, quod inter Iaponiae fir-  
missima numeratur, constim occuparent. Cæ-  
terum, quoniam præcipui quique Domini, ex  
iis qui aciem in Canguetasum direxerant, pri-  
mos se obtulerant, qui ad regni Voarani fines  
contenderent, modo Daifusama nonnullos è  
suis belli duces, cum exercitus parte adiungeret,  
atque ita infestis signis aduersarios inuaderent,  
ac ab intercludendo itinere Meacensi prohi-  
berent, factum est, ut tricenorum millium ca-  
pit, tandem in propugnaculo Voarano, cum  
eo peruenissent, numerarentur. Vixque eo per-  
uenerant, cum illico magna celeritate, qua bello  
durante semper usi fuerant, eo quod vni soli o-  
mne imperium delatum esset, (sicut contra alij  
vtebantur cunctatione multa, quod imperium  
esset apud plibentur ex improviso oppu-  
gnare Guiscrifiæ Guo in-

quo interuallo à regno Minoano distabat, & erat Ciunangodoni nepos Nobunangæ, adolescentis Christiani, qui vicesimum secundum etatis annum nondum excederat, cuiusq; mentio facta est in Annuis. Ne minima quidem id temporis illi Dominus suspicio erat, Voaranos talem quid molituros, tum quod ignoraret tantum ibi militum numerum collectum, tum quod magna pars exercitus, qui stabat à gubernatoribus in vicino regno Iciano castra teneret, & iam Daifusamæ quædam loca subripuisse. Accedebat, quod in eodem regno Mino versaretur Gibunoſcius, cum sex aut septem millibus militum, in horas singulas expectans ampliores copias, ut in Voaranos, irrueret in ea ora, quæ inter Icianum & Minoanum regnum intercedit. Verum, dum hoc modo gubernatorum factio moras necit, Voarani, ut diximus, improviso regnum Minoanum ingressi progressi sunt ad Guifuanum propugnaculum; in cuius conspectum, ut peruenire, post montem quendam vicina hominum millia in insidiis collocauere, præmissis quingentis sexcentisue militibus, qui statim arcis vel propugnaculi explorarent. Ciunangodonius, paucitate eorum quos coram conspiciebat deceptus, egressus magno impetu cum suis in eos irruit; illi paulatim quasi terga vertentes simulare edunt, donec in medias ferè insidias eos pertraxissent. ergo erumpunt in insidiis delitescentes. sequitur brevis verimque confli-

qns, sed Ciunangodontus, vt animaduertit, suorum vires, hostilibus copiis impares, in propugnaculum reuertit: et hostis strenue fugientes insequebuntur, magna que cæde facta etiam in arcem penetrat, sic vt Ciunangondonus coactus fuerit se in turrem quandam arcis abdere; qua expugnata captus est. & in Voaranum regnum missus, vi ibi in vincula coniiceretur. Capti arce, imposito que sufficienti praesidio, reliquæ copiæ mox progreßæ sunt ad alterum propugnaculum, in quo erat Gibunoscius, & in itinere forte fortuna bis mille milites eiusdem offendentes, omnes ad unum contrucidarunt, & paulo post, item alios mille. Appulerant sub idem tempore addictum Gibunoscij propugnaculum Rex Sallamanus, & Augustinus Tzunocamindonus, cum aliquot armatis. Hi cognito hostis aduentu, foras ad duas leucas prodierunt, vt à transitu cuiusdam fluminis illum arcerent. Hostis vero ex vexillorum indicio coniiciens quinam essent, gnarusque tam celebres belli duces proforum victoria fortiter dimicatores, neque tam exiguum militum turbam tam audenter in conspectum prodituram, nisi multo plures clam latitarent, non autem fuit castra mouere longius, sed in altera fluminis parte substitit.

Interea Cainocamus Daifusamque fœderatus, ex pedito celeri nauigio certiores nos reddidit, qui stat' esset Quabioiend tris sui, Domini Christiani, in regno Bugé i octo, eoq; amplius

plus milium milibus degentis, qui stabant pro factione Daifusamæ. Is autem post factam de totius virtutis erratis confessionem, cogito belli iam narrati eventui, cum omnibus suis in viam se dedit verius Bungense regnum, quod Daifusamæ repugnabat. Erata utem eodem tempore ad regnum illud a Gubernatoribus amandatus antiquus eius rex Francisci regis filius, qui hucusque Taicosatiz iustu exularat Meaci, ut velut Dominus eius regni nativus id tueretur contra Quambioiendonum vicinum, sibiique contrarium. Peruenierat hic Bungum cum quatuor milibus militum; sed quia eodem tempore aduenerat Quambioiendonus, illico ad manus ventum est; victoria cessit Quambioiendon, regis Francisci filius, circa magna copiarum eius parte in Bungensi regnum captiuus alegatus est. Belli fortunam prosecutes dictus Quambioiendonus brevi toto Bungo potitus est.

Dum hic Bungo ditioni luce subiiciendo inuigilat, Canzuidonus dimidiati regni Fingani Dominus ob odium capitale quo prosequebatur Augustinum, & quia Daifusamæ factiōnē sectabatur, alteram regni Fingani partem, quæ parebat Augustinuſit, obvia omnia igni ferroque deuastans, rectaque ad obsidendum propugnaculum Utanum, ubi erat sedes & caput status Augustini, processit.

His bellicis tumultibus à Quambioiendon & Canzuidone excitatis, nouē regnorū Sci-

animorum Domini inter se discordes, alij Daifusam, alij gubernatoribus se aggregarunt, alij desique faere neutrales. Atimandonus & Omorandonus postquam à Gubernatoribus missi sunt, ut cum suis conferrent se Meacum, non solum non eo concessere, sed deniq; Quábioendoni exemplo se applicauerunt ad Daifusam, quod singulari Dei prouidentia euenit, tum ut ipsi salvi in columnesque hoc bello evaderent, tum ut in eorum statibus integra & illæ persisteret Christi religio.

In Scimo cum esset hic rerum status, Gubernatores copias suas variis locis dispersas conabantur omnibus modis in regno Minoano colligere, ac collegere tandem ad octoginta millia, quæ poterant hostis paucis vniuersum Daifusam exercitum opprimere, & in nihilum redigere. Sed tanta inter iplos extitit animorum dissensio, ut triginta dies deliberando extraxerint, antequam hostem invaderent, qui tunc non superabat numerum capitum tricenorum millium. Porro Daifusama matuore consilio omnem rem bellicam instituit; nā cum filio suo, bona exercitus parte communito prouinciam oppugnandi Canguetasi demandasset, ipse cum reliquis agminibus ad regnum Oarensie cursum intendit, nihil tale expectante factione contraria; quæ arbitrabatur, fieri non posse, ut remanente in armis Cangue'aso, sufficiens illi militum manu ad reperiendum Meacum sufficeret.

Summa, quo die in regnum Oarana peruenit, nulla interposita mora porrexit in Minoanum, ut suos reliquis coniungeret, conflavitque exercitum quinquaginta millium, cum quibus postera luce in hostem inuectus est. Vixque initium pugnae factum est, cum mox nonnulli, qui eousque dissimulabant se stare à factione Gubernatorum, se Daifusamē dediderunt; inter quos fuit Ciunangondonus vxoris Taicosamē nepos, regni Cicugen Dominus, alijque tres vel quatuor Domini mediocris potentiae. Itaque cum illi, qui putabantur arma moturi in Daifusamā, contra conuerterent ea in Gubernatores, mox clamor sublatus est de proditione, omniaque confilia disturbata, Marinandi quoque nouem regnum Domini populos se ex pugna retraxit, breuique temporis spacio gubernatorum copiæ sic concisæ & dilaceratæ sunt, vt omnis victoria cesserit Daifusamē. Multi eo conflictu domini hostili gladio perierunt; nonnulli ventres sibi ipsi dissecuerunt, alij captiui abducti sunt, vt miser Gibunoscius, cui tantum cordati pectoris non fuit, quod ipse postea confessus est, vt sui ipsius carnifex fieret, in proprium ventrem saeviando. Deinde & Augustinus, qui non ex animi vecordia, (ut cœci Ethnici apud Iaponios existimant) sed quia diuinis Christi Domini nostri legibus veritum est, à dira illa ventris sectione ab-

## GESTIS EPISTOLA II.

Fuso Gubernatorum exercitu, Daifusama prefectus victoriam, primum cœpit propugnaculum Minoanum, deinde in regno Omen-  
fi Sanoiamanum, quod erat Gibunoscij; cuius germanus frater loci praefectus, post thesaurum in milites distributum per summam immanita-  
tem uxorem & filium fratris, suosque interemit,  
ac tandem sibi etiam ventrem dissecuit. Inde di-  
gressus Daifusama exercitum mouit Ozacam  
versus, ubi eommorabatur omnium gubernato-  
rum princeps Morindonus, idq; in propugna-  
culo eiusdem palati, quod Daifusama incolue-  
rat. Et quamvis Morindonus nouem regnis im-  
perat degeretq; in principia totius Iaponiae ar-  
te, secum habens thesaurum, & Taicolam fili-  
um, omniumq; Dominorum obsides, usque ad  
illos qui Daifusamam sequebantur, ac plusquam  
quadraginta milia militum ex propriis subdi-  
tis, cum commeatu rerū necessiarum in mul-  
tos annos ad bellum sustinendum sufficie-  
tamen simulatque stragem factam cognobit, sic  
præmactu, pauoreque cohорrit, ut non solum a-  
nimis illi defuerit arma coripiendi, scq;, quod  
commodè poterat defendendi, vel in statu suum  
redendi, sed neq; de fœderibus pacis ineundis  
cogitarit: verū velut homo emoræ mētis, iudicij-  
que expers, cum uniuerso populo suo propugna-  
culi egressus, sponte in suum palatiū, se abdidit,  
totū se hostis lui potestati & prudentiē commit-  
tens. Vnde factum est, ut Daifusama, ille quoq;  
D 2 propu-

propugnaculo in suam potestatem redacto pa-  
cis diebus vniuersam Iaponiā imperio suo sub-  
didetit. Verum quidem est Canguetasum in ul-  
timi Quantani regni finibus nondum ab armis  
discessisse, sed videtur tandem discessurus. Rex  
quoque Saffumanas in rebellione persistit, qui  
quanquam cladi contra gubernatores illatæ in-  
terfuerit, tamen sexaginta robustis vallatus mi-  
litibus per infestas hostium acies gloriosè de-  
pugnans saluus tandem & incoluisseq[ue] sit. Co-  
tractis deinde ex fuga aliquot suorum reliquiis  
(erant numero circiter quingenti) Ozacam an-  
te Daifusam aduentum, se recepit, ubi, nul-  
lo obstante, nauigiorum beneficio cum omni-  
bus suis mare ad ducentas leucas traecit, & Sal-  
sumam rediit, ubi se tam valide contra hostem  
communiuit, ut non nisi optatis pacis condicio-  
nibus impetratis, sit cessurus. Vbi cesserit, Dai-  
fusama Dominus euadit potentior, quam vnu-  
quam in Iapone extiterit. Nam cum Morin-  
dono septem regna modo substraxerit, in qui-  
bus sunt argenti fodinæ, duobus tantum è no-  
uem, quæ ante habuerat, illi relicta, & quidem  
ita relicta, ut nesciat, an tandem illis quoque  
exuendus sit: Deinde eum imperiū retineat o-  
&to regnorum suorum Quantanorum, cum o-  
mnibus, quæ erant Taicolamæ, haud dubium  
est cum longe antecellere omnibus decessori-

quid collibuerit, quod minimè licuit Taicosa-  
mæ, qui oculos semper intentos habebat in i-  
plum & Morindonum tot regnorum Domi-  
nos.

Ex hac narratione tragica facile quiuis odo-  
rari potest, in quantis ærumnis, continuis duo-  
bus mensibus quibus bellatum est, fuerit &  
societas nostra, & Christianismus vniuersus.  
Nam cum Augustinus inter Dominos Chri-  
stianos facile princeps ob amicitiam quam cum  
Gibunoscio colebat, aliisque de caufis postea  
commemorandis, fœderatus esset contra Dai-  
fusamam, summo in metu versabamur, ne id-  
circo Daifusamam in omnes sequire inciperet Chri-  
stianos, nona aliqua & atrociore in eos persecu-  
tione excitata. Augebat metum, quod in diuer-  
sus regnis eorum qui Daifusamæ repugnabant,  
in quibus & nostri sedes suas fixerant, multi re-  
cés per sacrū baptismum Christo essent adiūcti.

INTER damna hac bellorum tempestate ac-  
cepta, primum est, quod amiserimus regnum  
Minoanum, quod erat Ciunangodoni Domi-  
ni Christiani, in quo legem Christi complexi es-  
san⁹ primarij quiq; aulæ nobiles & equites: an-  
no quoque superiore proximo in propugnacu-  
lo Guifa bella Ecclesia constructa fuerat, cum  
soe connexi regnum totum. Hoc omnium

Coam, qui Bonziorum locus est, ac omnium qui regnis suis exturbantur receptaculum, ablegatus. Et quoniam secundum Iaponicas leges, Domino exautorato, omnes etiam eius nobiles omnibus exūtut facultatibus, factum est, ut omnes quoque Christiani nobiles bonis suis spoliati sint.

Post hoc eadem incommoda perpetui sunt regni Bigensis Christiani, cuius quasi gubernator erat Ioannes Acascicamon, item Christianus, & Domini dicti regni cognatus: in cuius præcipuo propugnaculo ubi residebat, iam ter mille Christianos numerabamus, inter quos erant præcipui aulici: ipseque regni Dominus ita ad res Christianas afficiebatur, ut firma spe teneremur eum cum toto regno brevi caput lustralibus baptisimi aquis subiectum. Verum cum in prælio occubuerit, statuq; exciderit, nobiles Christiani, qui ei seruiebant, eandem fortunæ aleam subiere, partim eodem bello cæsi, partim annuo vectigali, quod à Domino illo accepterant, exclusi.

Idem euenit Christianis Corumi in regno Cicingano degentibus, qui ad sephenorum millium numerum peruerterant. Findecanus enim iam factus Christianus Morindoni auunculus, & regni Dominus, factioi gubernatorū se adiunxerat. Cuius vxor Domina Maxentia, filia piaz mem. Francisci regis, quæ erat in propugnaculo, cum à milite Daifalamz caveretur nisi à

Christiano belli duce, Quambioiendoni fratre, contra irruentes gentiles defensa fuisset, luculentum vitæ discrimen adiisset. Itaque Corumentum Ecclesia euerfa est, & principes viri è Christianis, omnibus fortunis destituti.

Eodem tempore nostri agentes in maximo propugnaculo quodam regni Morindoni, dicto Firoscima non exiguas sustinuere calamitates. Cognita enim Morindoni fuga, & pena amissorum septem regnum, qua multatus fuerat, Bonzij, alijq; Ethnici dictitarunt, tam funestum casum Domino suo accidisse, quod Patres societatis in regnis versari permisisset. Qui rumor eousq; percrebuit, ut Christiani eius loci indigenæ multis precibus vrgerent Patrem, qui innibi erat, ut se reciperet Nangasachum, donec Bonziorum furor conquieisset. Idem ei nunciati mandauit dicti status gubernator Sassedonus, & post illū ipse P. Visitator vniuersi status iam factus conscius. Quare coactus fuit Pater ille, adeuadendum Bonziorum manus, Firoscima excedere, maritimūq; ingressus iter, in aliud nō minus formidabile incidit periculū grassantū pyratarū, quorū barbaras manus ægre euafit.

Amagutij deinde quemadmodum exagitati sunt nostri, ex litteris ad P. Viceprouincialē à Patre quodam, qui ibi viuebat datis, facile intelligi potest. Tāra inquit, pericula adiimus, quāta nūquam. Ac vt R. T. aliqua commiseratione nostris trahantur. & gratias Deo debitas renondat.

vnus alterumque casum percensebo. Primus fuit huiusmodi. Rumore quasi certo diulgabatur omnes nos ē medio tollendos: Et licet aliquot diebus eum contemneremus, confisi Domino, quod remedium esset allaturus, tamen postquam punctionum est, licet falso, huius regni Dominum, nempe Morindonum, sibi considisse ventrem, acresta ad ædes nostras aduolaret gubernator quidam, nunquam in iis coaspectus, prorsus persuasi sumus, actum de vita nostra. Interim additus animus omnibus, monitaque salubria data, ut se ad mortem compararent. Ego vero gubernatori obuiam processi, cuiusque sociis, hominis animum, ut appareat, sermonibus meis sat multis ita molliui, ut re infecta tranquillus recesserit. Non dubito Deum inter sermones immutasse eius cor, quia non videtur homo gentilis ingressurus fuisse domum nostram, nisi prava intentione. Alter casus est. Proxima inlequenti nocte fama fuit, omnes nos vel ea ipsa nocte, vel summo diluculo à malevolis contrucidandos. Vnde coactus fuidenō Christianos cohortari, ut se prepararent ad necem, & quia fama in horas crescebat, curauit ut omnes de peccatis confiterentur, & primo mane in sacro Missæ communicarent. Verū tanta gratia digni non fuimus. Dum autem in hac afflictione sumus, Ozaca altera luce huc aduenit persecutor noster Niscimangobioio, qui metum pœnè depositū omnino renonauit. Sed

prudentia diuina factum est, ut prospētior, quād nos ominabamur, tragediæ exitus fuerit. Nam cum fratrem nostrum Antonium missiōnem eius invisendi causa, tantam humanitatē, quantam nunquam alijs, declarauit. Hæc suat quæ ante nominatus Pater in suis litteris retulit.

Possent id genus alij multi commemorari Instruosi euentus, è quibus perspicuè cognosci posset, quot casibus acerbis, dirisque periculis societas nostra iactata fuerit: verè enim usurpare illud possumus. Propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis, nimirum quotidie expectando gladium, quo conficiamur. Quod si alicui hæc satis non sint, audiat quod nunc subiçiam. Cum Canzuidonus Utanum propaginaculum obſideret, (quod supra narrare cœpimus) quinque de nostris in eo remanserant, ut tempore tam necessario functionibus suis afflictis Christianis qualemcunque opem spiritualem ferrent. Irruptione facta, Augustini miles tam valida impressione hostiles reprefec copias, ut Canzuidonus protinus desperarit se illud armata manu occupaturum. Et tamen, quia sine ingenti nominis sui dedecore abscedere nō poterat, nec rationē viamq; norat, quemadmodū obſessis nunciaretur, Augustinū, pro quo decertabat, in vincula coniectū ac denia-

taretur; vnde & tela cum schedulis immisca*ti*-  
co tradebantur flammis ) tentauit varijs vijs à  
P. Visitatore societatis, tunc Nangafaci degen-  
te, obtinere, vt vnum è nostris ad Utanum pro-  
pugnaculum amandaret, obsefis nunciaturum,  
quid foris ageretur in castris, quoque loco res  
Tenzæ essent, ac denique de conditionibus pa-  
cis virinque feriendis pertractaret. Id vt obti-  
neret Canzuedonus, tantum non montes au-  
reos promittebat, & tamen ex altera parte præ-  
furore pæne in obfessos insaniebat. Nostri, co-  
gnita Augustini cæde, licet vehementer opta-  
fent, conditionibus aliquibus aduersas partes  
coire, non tamen volderunt se in hanc tracta-  
tionem immiscere. Itaq; responderunt Canz-  
uiendono, cum institutum nostrum, vt pote  
religiosorum, aliud non sit, quām annuncia-  
di in Iaponia Euangeli, non conuenire, vt nos  
rebus bellicis ingeramus, autoresq; simus de-  
ditionis; alioquin datus nos Dominis Iapo-  
nicis occasionem suspicandi, quod in negotiū  
status nos immisceamus. Verum Canzuedo-  
nus perturbatione animi excæcatus purgatio-  
ni locum non dedit, sed ita inflammatuſ mina-  
tus est, se quotquot nostrorum in Vto essent,  
interempturum, ac præterea ad Daifusamam  
nos delaturum, tanquam conatibus suis con-  
trarios, autoresq; cur Utani non se dederent,  
ac effecturum, vt tota Iaponia, velut Imperij  
hostes. velleremur. Qua in oratione tam longe

aberrabat à vero, ut ipse postea, cū animus à perturbatione esset liberior, palam idem confessus fuerit. Toto n. obsidionis tempore, nec cōfilio, nec vlla alia re, quoad bellica obſeffos iuuerūt; ſed tantum continuis precationibus habendis, corporibus ad auertendam D E I iram diuerberandis, humandis occidorum corporibus nō ſine vitæ diſcrimine in ijs locis, in quibus hostiles globi paſſim volitabant, audiendis militum cōfessionibus, ſacraq; Euchariftia porrigenda. Videre ibi erat nunc duces belli cataphractos breuiſſimo ſurrepto tempore ad communionē ve- nire, nunc alios aliis, ne stationibus präſidiarij ſufficientes deeffent, ſuccedere. Discedebant autem à ſacra mensa velut leones, pane cæleſti roborati, qui eft cibus fortiū. Deniq; noſtri eis ſeruierūt, quotidie ſacrificiū Miffæ peragendo.

Cum igitur milites Augustini corporalibus armis hæc ſpirititia iunxiſſent, incredibili animorū conſeffione, acriq; vigilantia, ad mortem pro Christo ſubeuندam promptiſſimi, noctu diuq; propugnaculum defendeſunt, donec famulus quidam Augustini omnibus notus adue- nit, certioresq; eos reddidit de infausto belli exi- tu, de capta Ozaca, de morte Augustini: tunc e- nim demū decreuerunt de pacis conditionibus cum Canzuiendono tranſigendum, quando- quidem Dominum ampli quo dimicare poſſent. V-

verinque habitis foedera

Canzuiendono confirmata. Sic propugnaculi  
 Utani deditio facta est; cuius exemplum reliquæ  
 omnes, quæ ad Augustinum spectabanc,  
 sunt consecutæ. Inter ea erat & Giateusci a-  
 num, quod ab insigni quodam Christiano, præ-  
 cipuo Augustini aulico, nomine Mimazaca,  
 gubernabatur, qui etsi decreuisset ad mortem  
 usque illud tueri, tamen ne torum Christiano-  
 rum vulgus in discrimen aliquod vitæ, bono-  
 sumque adduceret, maluit animi sententiam  
 mutare. Certe tanto amore hic Mimazaca cō-  
 plectebatur Christianos, ut cum diuellendas  
 essetab illis, lacrymas cohibere nequiverit, me-  
 mor te abstrahi ab illis, quos tantis laboribus  
 ad fidem Christi adduxerat, quibusque multas  
 Ecclesias ad propagandam pietatem Christianam  
 erexerat. Tanto zelo ille flagrabat, ut pue-  
 ri in doctrina Christiana instituerentur, tanta-  
 que voluptate afficiebatur, si quando eos au-  
 diret dictam doctrinam recitantes, ut pragau-  
 dio prorumperet in lacrymas, nec vereretur v-  
 na cum illis sacræ doctrinæ laudes cantillare.  
 Nonnunquam etiam ad incitanda amplius eo-  
 rum studia largiebatur illis merendas, aut cæ-  
 nulas. Quodam die cum illis parari iussisset ex-  
 nam in aula magnifica, quo aditus non pate-  
 bat nisi magnæ auctoritatis & dignitatis homi-  
 nibus, regatus à quibusdam, cur tantum ho-

ciunt, quod beati spiritus in cælo. Sæpenumerò domo digressus, honorarium puerum secum ducebatur, ferentem saccum imaginibus, rosarijs, agnis Dei, alijsque munitionibus spiritualibus refertum, quæ tuis manibus distribuebat Christianis. Quia ex re affirmabat se peculiarem capere voluptatē, maxime quando tractione pallij, aliaue importunitate illa extorquerent. Cum eques aliquando incidisset in hominem, qui nescio in quo periculo, invocarat sanctissimum nomen IESV, & MARIAE, subito ab equo descendens humi genua posuit: causamque facti postea regatus, respondit, se id ad gratias diuinæ maiestati agendas fecisse, quod in eo loco, vbi paucis ante temporibus nulla nisi dæmonum nomina audiebantur, nunc usurparentur nomina illa sanctissima. Ex hoc exemplo, alijsque, quæ recensentur in annis, coniçere licet, quanto amore hic Dominus prosecutus sit. Giateus ciranos Christianos, & consequenter, quanto dolore omnium, cum propugnaculum deferere cogeretur, ab illis abstractus sit.

Ingressus verò cum coniuge, filio, vniuersa familia, quæ erat plus qnām mille capitum supra quingenta, nauem; tandem in regni Sassumani, in quo hæcere statuerat, nulla te fidens Canzuedono, portū delatus est: vbi cum Bonzi intellexerat in eius comitatu esse nonnullos Patres, repentina conspiratio ne fa-

qe facta comminati sunt, si exscensionem in litus facerent, se eos ita tracturos, ut in perpetuum Bonzorum sint recordaturi. quæ res non parum bonum Mimazacam afflixit. Verum nostri re intellecta, eum consolati sunt, dixeruntque se, quantumuis fessos, & nauigationis difficultate malè tractatos (nam præter cohætra maris pericula, toto nonnunquam die ne bolum quidem panis degustarant) libenter in naui remansuros, donec responsum accepissent de repetendo Nangachō. Sed Dominus, qui in summis angoribus & necessitatibus seruos suos patrocinio singulari non destituit, Domini cuiusdam gentilis in eodem Saffumano regno peccus commouit, ut in Bonzorum despectum nostris præberet diuersorium. Cognita enim necessitate nostra, continuò antiquum quendam Christianum Bungensem ibi commorantem submisit, qui eos è naui in suam ditionem perduceret, diceretque se esse, Patrum amicū, omnemque metum deponerent. Hac publica fide freti exscenderunt, & biduo cum Mimazaca hærentes bis sacrum Missæ fecerunt, eiique cum aliquot alijs Christianis Dominicum corpus porrexerunt. Sed cum postea litteræ allatae essent, quibus à P. Visitatore reuocabantur Nangachum, coacti sunt ab illo, licet admodum dolente, discedere.

**A t q u e hæc sunt, quæ acciderunt Mimazaca.**

**magnum adferre mororem, dum oculis suis**  
**viderunt tanta virtute praeditum Christianum,**  
**omnibus opibus spoliatum in terram alienam**  
**exitudi, ubi coactus fuit Domino, quoniam**  
**aliud remedium non erat, seruire gentili.**

Nam et si Canzuidonus Augustini famulos  
 honorifice tractarit; tamen quia primarium V-  
 tani propugnaculi caput voluit e medio tolli,  
 eo quod esset frater Augustini, meritò formi-  
 dandum fuit, ne idem ficeret Giateus Cirani  
 propugnaculi ptaefcto, eoque magis, quod in  
 quodam subitaneo conflietu aliquot eius mili-  
 tes trucidasset.

Neque hic finis est lamentationum nostra-  
 rum. Nam idem Canzuidonus occupato V-  
 tano propugnaculo, furore quodā in nostros,  
 qui in eo degebant, concitatus, omnes quinque  
 cum eorum domesticis in carcerem compedit,  
 mandans Ethnico cuidam Capitaneo, ut in  
 perangustum, maleque materiatum tugurium  
 eos dettuderet, velut in carcerem, adhibitis  
 nocturnis, diurnisque vigilijs. Ita factum est.  
 capiturque grauiter ægrotare eorum superior P.  
 Alphonsus Gonzalez, afflictione noua priori  
 afflictioni adiecta. Cumque eo loci curari non  
 posset, ob morbi qualitatem, aliaque, quæ pa-  
 tiebatur incommoda, eo morbus processit, ut  
 medici de eius salute desperent. Quod ut re-  
 ctius intellexerint, subiungam partem littera-  
 rum illorum patrum e carcere

Gentilis, cui cura nostri demandata est, cogitauit nos transferre in locum alium propugnaculi magis retrusam; cumque Christiani nobiles infimis precibus cum obtestarentur, ne ficeret, vix tandem annuit, ut P. Gonzales saltem loco non moueretur. Summo profecto dolore affectus sum, cum Patrem vidarem tam agrotum solum relinquendum. Dum verò expecto euentum, paratus diuinæ obtemperare voluntati, à primarijs Canzuidoni equitibus epistola missa est dicto Capitaneo, quo rogabant, ne quicquam contra nos tentaret ante redditum Canzuidoni à propugnaculi Giauani obsidione. Effectus autem huius petitionis fuit, negare P. Gonzalez, quod iam concesserat: quare hic genitilis similis mihi videtur S. Ignatij gloriosi martyris leopardis, qui beneficijs siebant deteriores. Denique orantes coacti sumus locum mutare, deiecitque sumus in carcерem priore peiorem, ternis militum custodijs commissi, ut Christianis libera potestas non sit nos visendi. Duo Augustini equites ad nos venerere, nobisque cum lacrymis valedixerunt, relictis tamen duobus famulis, qui quoad possent, nobis succurrent. Sed parum poterunt, quia custodiaz à latere eorum, licet per aquam transiendum sit, non discedent. Vnde R. T. coniçere potest, quanta in ærumna P. Gonzales sit fatus, qui putaret se lautè haberi, si aliquid orizæ parum mundæ, & malè coctæ cō-

qui posset. Interim Dominus Deus sua gratia obfirmauit animos nostros ad omnia patienter ferenda. Ego certe, a tempore, quo in hoc antrum perturbatus sum in usitato quodam gaudio exultare ceipi, & vix risum contineo, quod Canzuié-donns his terriculamentis nos aggrediatur. Patati siquidem sumus, adiuuante diuino spiritu, perficere quicquid sanctissimae Dei voluntati placat. Hac uique verba dicti Patri.

Ceterum, si tales fuere afflictiones nostrarum, qui in dictis locis comitorabantur, non inferiores sanè fuere eorum, qui longius ab illis abscoerunt. Omni enim momento Nangachum, ubi degabant Reuerendissimus Episcopus, P. Visitator, P. Viceprotocialis, alijque deois, nuncij afferebantur tristitia doloreque plenissimi, nunc de incarceratione, mortisque sententia pronunciata in Augustinum, nunc toto lapone eius coniugem Dominam Justam, filium, autunculos, omnesque cognatos ad eisdem queri. Iam ferebatur Dominam Justam, cum germano Augustini, tunc gubernatore Sacajano esse captos, & de vita periclitantes. Addebatur & filium eius unicum etate annorum octuaginta adductum Meacum, ut ibi necaretur. In multis nuncijs, mille alij de Christianis miserabili excidio, de extrema tantorum dominorum & equitum miseria, quorum alij de capite essent detrusi, ut capite multarentur, alij sua exurbati, alij omnibus fortunis

exuti essent, miscerantur. Denique & hoc multorum sermonibus vulgabatur, residentias nostras varijs in locis solo sequatas. Adhuc, quod omnia illa superabat, dicta quædam atrocia circumferebantur, quæ Daifusama, occasione Augustini, aliorumque Christianorum sibi contrariorum, in Christianam Ecclesiam effudisset; sic ut priors veremur, ne ea de causa renouaretur persecutio, & gentiles causam haberent impiè illudendi Christianis ac dicendi. **Vbi est Deus eorum?** iam enim ab illa persecutio ne antegressa, tam diuturna respirare cœperamus, multasque Ecclesias vastatas reparare, Christianumque gregem diu desertum & dispersum ruisum in unum colligere, & multis neophytorum millibus ad baptismum confluētibus augere.

Post exactos in hunc modum menses aliquot certiores per epistolam redditissimus, de noua calamitate, nempe Scimandonum Dominum Ethnicum, qui semper rei Christianæ fuit infestus missum à Daifusama Nangasachum cum summo imperio in Ariondonum & Omuradonum, quod ante habuerat Augustinus. Japonij appellant, facere suos Ioriques. Vnde sequebatur dictos Dominos Christianos, qui sicut cum suis vasallis item Christianis cladem istam salvi evaserant, subiectos fore homini infideli & idololatriæ. Et quamvis nostri Meaco & Ozaca scriberent Scimandonum à Daifusama missum

missum ut informationem caperet, de opibus & facultatibus Augustini, tamen radiungebant, veteri se, ne aduentu suo magnas nobis crearet molestias. Ceterò quoque nobis constat, eum omnibus viribus apud Daifusamam contendisse, ut statu Omurano potiri posset, eumque cum Amacusana Insula, aliisque loco commutare, iamq; prouisionem ab eodem impetrasse. Quæ res quantum dolorem nobis attrahit, facilè intellegit, qui secum perpendit, si ille Omuræ Dominus factus fuisset, facile etiā Arimam tam vicinam in eius ditione concessuram, vel certè eam cum aliqua alia ignota communaturum fuisse, atque ita in utroque dominio totus Christianismus cum Ecclesijs & domicilijs nostris pessum iuisset. Nec vanus fuit timor, quem ex Scimandoni aduentu sensimus. Nam ut ille peruenit Nangasachum, non paruo in angore fuisse propter Christianos, qui anno superiore, omnibus desertis Firando confugerant in locum Omurandono subiectum, nec à Nangasecho admodum disiectum, eo quod fidem Christianam eigrare noluissent.

Cum enim grauiter Scimandonus ferret Christianos illos Firando digressos, optabat omnes postliminio in patriam revocari. Sed quia sedem fixerant in Omuræ statu, qui erat tunc sub Augustini tutela, non potuit eos ad hoc adigere. Atque ideo nunc Nangasachum

vna cum Firandensi Tono Foin, singulatissimo amico, & nepotis sui cognato, multoque militare, quia Saffumam ad bellum tendebant, ingens, illic cogitauit efficere, quod alias non potuit: nostrisque mandauit dici, intolerabile esse, Firandenses Christianos non alia de causa patrio solo excessisse, quam quod nollent, convenienter Domini sui mandato, genitios quosdam ritus exercere: & si in aula cognoscatur Patres illius facti esse vel auctores vel fautores, nobis magnam impendere ruinam & calamitatem. Addidit sibi omnino id propositum, efficere, scilicet, ut Firandum reuerantur cum conditione dictos ritus usurpandi, & in omnibus ipsi Foin, quem in hoc genere imperasset, obsequendi: quod si his factis intinsecus perfistere velint in fide & lege Christiana, id eis non denegaturum. Denique postulabat a Partibus, ut persuaderent Christianis, ne dictam conditionem repudiarent. Ad hanc legationem breuiter a nostris responsum est, id Christianos facere non posse, eò quod cum lege Euangelica, quem professi essent, è diametro pugnaret, acidice nec se posse eos vlla ratio read id præstandum cohortari. Idem per duos aulicos Scimandonus curauit significari ipsis Firandensibus Christianis, qui responsonem iam datu[m] consentaneam mox reddiderunt, & subiuxerunt, nullo se odio in Foin Dominum,

Isum

sum concepto stimulatos ad discessum, par-  
 tos vero illi obtemperare in omnibus, modo  
 fas sit eis persistere in legis Christianæ, ut olim,  
 institutis; at, si hæc conditio ei videretur maio-  
 rem relinquere nobis libertatem, quam conue-  
 niat vasallo, in pænam illius, nullos redditus ex  
 ijs, quos ante habuissent, restitueret, sed opera  
 eorum, tanquam mancipiorum vteretur in  
 abiectissimis etiam functionibus, vt curandis  
 stabulis, conuehenda oriza, alijsque id genus  
 pluribus cum Christiana lege non pugnantibus.  
 Hoc responso dato ab homine fide digno com-  
 monefacti sunt Christiani, vt aduigilarent,  
 certoque ferebatur Scimandonum & Foin  
 prima opportunitate statuisse eorum primarios  
 adoriti, atque ē medio tollere. Itaque & Pa-  
 tres quosdam aduocarunt pro confessione fa-  
 cienda, atque in domum quandam se abdide-  
 runt, ex qua se poterant tucri, ac, vt erant for-  
 tes & animosi milites, ita se valide communi-  
 erunt, vt hostis non sine ingenti suo dispendio  
 potuerit eos inuadere. Nostri perpendentes,  
 quantum periculi esset tam calamitoso tempo-  
 re in noua hac tempestate, desiderantesque  
 mala omnia impendentia tollere, Domino Hie-  
 ronymo, filioque eius Thomæ (qui Christia-  
 norum erant duces & capita, quibusque Foin  
 in primis erat infensus) persuaserunt, vt exterius  
 quidem ostenderent se ad defensionem sui cō-  
 paratos, quo aduersarij à congressu deterreteren-

tur; sed tamen si illi nihilominus irruerent, de conditionibus potius paciscerentur, duoq; illi cæterorum duces inermes prodirent ad perpetiendam mortem pro liberatione rel quorum. Quod consilium, ob desiderium coronæ martyrij, comprobarunt, qua non modo destituti fuissent, si se armis tueri voluissent, verum etiam in discrimen salutis nonnullos adduxissent; quandoquidem proclue erat in ardore conflitus, aut iræ, aut odij, aut cupiditatis vindictæ crimen incurere cum periculo dant nationis æternæ. Denique non potuissent tandem hostiliū copiarum imperium tamdiu sustinere, ut vel unus morrem euaderet, ac deniq; omnes Christiani tota Iaponia in periculum viæ adducti fuissent, si hæc ad Dafusamam delata fuissent.

At quoniam vel Scimandono & Foin nunquam ea mens suit, perimere Christianos illos, vel quia formidarunt exitum parum prosperum fore, eo quod Christiani se ad defensionem sui comparassent, certiores eos reddiderunt, nunquam sibi tale consilium in mentem venisse, itaque quieti essent, nec se mouerent; quare & nos omni formidine liberati sumus.

Causa hic non solum ingenti ædificationi fait omnibus Christianis ibi degentibus, sed etiam gestilibus iphis, quanquam paucis innoverit, de Domini Hieronymi & Domini Thomæ proposito, quod studio cælatum est; ne si ad sues Scimandoni & Foin perlatum fuisset, illi forte

fonte utrumque è medio sustulissent. Sed quia in bello Coraiano fortis & imperterritos se viros probabant, potius suspicati sunt eos ad se defendendum fuisse paratos.

Passe sumus & aliam afflictionem Marie Augustini filie ad urbem Nangasachum aduentu, quæ matrimonio iuncta fuerat cuidam Insulæ Domino inter Corai, & Iaponem interiectæ. Metuebat enim maritus ille, cognita Soceræ morte, ne propter uxorem in aliquod vitæ facultatumque discrimen incideret, atque ideo cum aliquot primarijs fæminis eam misit Nangasachum, ubi arbitrabatur eam fore securam. Aduenit autem eo ipso temperis momento, quo iussu Daifusamæ inquisitio diligens instaurabatur in Augustini liberos & facultates. Quocirca non parum perplexi & angipites habemus, quid agere deberemus. Deserere siquidem eam non poteramus, tum quod filia esset Augustini, cui tot nominibus eramus obstricti, tum quod mulier esset magna virtute praedita, & à marito nobis maiorem in modum commendata: ex alia vero parte in non leuis periculum, tempore tam turbulentio nos conciebamus, si eius tutelam à nobis suscepsemus Daifusamæ relatum fuisset. Nihilominus nostri non passi sunt illi desiderari opellam suam, & locū illi attribuere, virtuti eius conuenientem, atque securum. Quiaqnam postea, cum Daifusame iusta Augustini coniugi eiusque filia-

72. DE REBUS IN IAPONIA  
bus noxam condonauit, Maria quoq; omnis  
prorsus periculi expers existit.

Hæ breuiter sunt tribulationes, quas in hoc  
tumultu belliçō passi sumus: quibus ut consola-  
tiones aliquas nostras, quæ in medijs æru-  
tnis acciderunt, adiungamus, ratio postulare  
videtur, quo intelligatur diligentibus Deum  
omnia in bonum conuerti.

Primum itaque his prælijs, statimque  
mutationibus supra commemoratis, diuina  
prouidentia per Daifusam multa sustulit ob-  
stacula, quibus conuersio gentilium, & Ec-  
clesie Christianæ incrementum retardabatur.  
Nam gubernandi forma, à Taicosam gubernatoribus ante mortem præscripta, per hanc  
victoriam sublata, & Daifusama ad vniuersitatem Iaponie monarchiam eucto, liberi manemus  
à decreto contra Christianos nostrosque à Tai-  
cosama promulgato; quod non euenisset, si  
Gubernatores victoria potiti fuissent: hi enim  
iurati ponderant se legibus Taicosam, qua-  
rum nunc alcum silentium est; obsecundatu-  
ros. Nec dubitamus, eundem aliarum rerum  
fere successum, distinquaque prouidentia & vo-  
luntate iam factum est, vt is, qui viuus semper  
Christianos est persequens, & humana quadam  
prudentia eam gubernandi rationem  
commentus est, qua & ipse post mortem  
regares, imè divinis honoribus, tanquam  
belli

belli Deus, in templo nono ad id excita-  
to, coleretur ( quæ omnia mandarat gubernato-  
ribus ) spe sua defraudatus sit, omni nempe  
imperandi potestate Gubernatorum manibus  
iam crepta, propugnaculoque Fuscamo, ia-  
quo conatus erat omnem suam potentiam de-  
monstrare, propriis ipsorum manibus solo a-  
quato. Itaque paulatim eius memoria exolesceret  
cum novo Daifusamæ imperio, qui magna cum  
benevolentia clementiaq; regnare cœpit, nulla  
reabus, ut in Iaponia poterat, tantis victoriis.  
Multis enim dominis noxam condonauit, tres  
tantum primarios fœderis autores & Duces  
capite multari iussit, nēpe Gibunoſcium, An-  
cocugum, Bonzum, cuius consilio in omnibus  
parebat Morindonus, & Augustinum, ( de cu-  
ius morte prolixius ad finem epistolæ huius a-  
getur ) Ignouit autem Augustini coniugi eius-  
que filiabas, quæ secundum Iaponum leges mo-  
ri debebant, deinde vni eius fratri & liberis, ar-  
que alijs multis equitibus Christianis, qui existi-  
mabantur nunquam mortem easuri.

Erga nos quoque se comem & humanum declarauit, nam quosdam è nostris, qui Meaco &  
Ozaca visendi eius causa adueverant, magna  
benevolentie significatione excepit. Patri veò  
Ioanni Rodriguez, qui nomine nostrorum Nan-  
gashchenium eum visitauit, non modo hilarem  
vultum exhibuit, verum etiam magno cum  
gaudio & dulicium quandam suum narrantem au-

diuit, quanta beneficia illi, & P. Rodriguez, & alij Nangasachani tempore durantis belli fecissent. Nec verbis tantum grata sibi esse demonstrauit, quæ referebantur, sed opere etiam: iussit enim binas prouisorias litteras expediri, quibus residentia Meacensi, Ozacana & Nangasachana confirmarentur. Quæ verbes, cum sint totius Iaponiae, opinione omnium, facile principes, & in iis à Domino Tense commorandi nostris facta potestas, perinde est, ac si in toto Iapone sedem figendi potestatem haberemus. Res profecto, ob quam summæ Deo à nobis referendæ sunt gratiae, quæque omnibus maximum attulit gaudium & voluptatem. Nam inde ab anno 1587. quo mandato Taicosamæ iussi sumus exulare è Iaponia, nunquam poruimus scripto obtinere ius & auctoritatem in Iaponia persistendi, sed tantum viuæ vocis oraculo permisum est, ut nonnulli è nostris sed numero definito, Nangasachi degerent. Ac quamuis post Taicosamæ obitum per varia regna dispersi fuerimus, nunc tamen maiori libertate, citra nostrum vel Christianorum periculum, id possimus.

Consolatione quoque non modica affectit nos redditus Scimandoni ad Nangasachum, quia superiores timores conuertit in gaudium. Nam cum vehementer dubitaremus, an noui aliquid molitus esset, simulque veteremur, ne gran-

inter ferebat, sibi hactenus nihil indicatum (nam studio id certis de causis cœlaueramus) de Reue-  
rendissimi Episcopi aduentu, tamen Deus ita  
res omnes disposuit, ut felix exitus sequeretur.  
Atque ideò, cum Scimandonus peruenisset ad  
Carasanum propugnaculum, nomine Episco-  
pi P. Visitatoris & P. Viceprovincialis eum, P.  
Rodriguez inuisit. Quā visitationē cū æqui bo-  
nique consuleret, & informationem de Episco-  
pi aduentu factam comprobaret, post multos  
dies, quibus animos nostros tenebat suspensos,  
ad Episcopi & P. Visitatoris litteras valde hu-  
maniter respondit. Nangachum autem ap-  
pulsus, magna benevolentia Episcopum, alios-  
que de nostris complexus est, bisque ad conui-  
uum invitatus, semel ab Episcopo, iterum à no-  
stris, in Collegio præans est, testatusque sibi ma-  
iorem in modum hoc officio humanitatis satis-  
factam. Quare nulla re amplius nobis, neque  
nostra, neque Christianorum causa molestus  
fuit: imò disertis verbis indicavit, se in poste-  
rum omnibus in rebus, quibuscumque posset,  
nostra promotorum; eoquè promptius & li-  
bentius, quod Daifusama imperium Tenzate-  
neret, qui in hoc genere longe ipso Taicolama,  
atque etiam gubernatoribus ob iudiciorum in-  
ter eos varietatem, facilior & humanior sit fu-  
turus.

Diuino quoque numine propitio factum  
est, vt

est, ut alij quoque Domini apud Daifusamam causam nostram tueantur, nempe Cainocamus Quambioiendonij Domini Christiani filius, & Nangauoca, Dominz Gratia Christianz, de cuius morte actum est in annis, maritus, vt Fuscimandonus, qui licet gentilis fit, habet tamen duos nepotes, aliosque multos in sua zula Christianos. Præterea filius unus Asonodangij, qui licet Christo nomen nondum dederit, tamen legem Euangelicam magni facit.

Non minor quoque consolatio nobis accessit, ex cognita triginta eoque amplius regnorum partitione à Daifusama post partam victoriam instituta, quæ iis, qui sibi aduersabantur, crepta, in eos contulit, qui eius partes sectabantur. Quod negotium ita direxit Dominus, ut Christiani nonnulli in suis domiciliis sub nouorum Dominorum tutela & patrocinio remanserint: alij vero per terras gentilium hinc inde dispersi sunt, ut velut rosz inter spinas, inculpata sua vita omnibus bonum sanctæ fidei nostræ odorem aspirarent.

Cainocamo obtigit regnum Cicugense, quod est maximum Bugeniam, cuius primum partes aliquas obtinebat. Et quia in Cicugen est urbs Facata, in qua mille numerantur Christiani, ac totidem in diversis eiusdem regni locis, magnus hic Christianorum numerus confluet, maximè cum dictus Dominus cum tota nobilitate, milieque qui degebat in Bugen eō comigrarit.

Sunt

Sunt autem in eius aula multi nobiles sacris aquis abluti. Adscivit præterea in aulam suam Ioannem Acalcamonem, Dominum Christianum, & amicum suum singularem, eiq; cum trecentis aliis Christianiis migranti in Cicugen annuum vestigal haud pœnitendum attribuit. Quod incredibile nobis solatum & gaudium australit; est enim in optimorum Christianorum numero, qui suo exemplo multos ad Christum est adducturus. Illud vero longe maiorem nobis voluptatem conciliavit, audisse viam rationemque, qua flagrante confitu mortem evasit, & quemadmodum ei Daifusama vitam condonavit. Ut enimerat vir animi corporisque robore, & bellicis artibus clarus, ita in fronte exercitus Gubernatorum, quos sequebatur, se collocare non reformidauit. Verum cum in medio certamine strenue dimicans, propter inferuentis prodictionis tumultum vnde ab hoste vallaretur, nec vila spes salutis appareret, lege autem Christiana vetaretur sibi ventris sectione vim inferre, constituit pedestre tamdiu in obnios quosque irruere, donec aliena manu occumbet. Quod dum impetratus facit, forte incidit in Cainocamum amicum suum, qui tamen pro Daifusama pugnabat. Is agnito ex ueste Acalcamone cum consulutauit, propiusque accedere, & de vita securum esse iussit. Mirabatur Cainocamus illum inter tot scloporum iectus viuum evanescere, vel non sibi manus violentas intulisset sed re-

sed respondit, nulla alia de causa à cædè propria se abstinuisse, quam ne diuinum numē hoc factō offendere, & idcirco se in media hostiū tela immisisse, vt alieno potius, quam suo mucrone conficeretur. At quia nunc in virum tam illustrem incidisset, se per mutuam, quæ inter eos coalusset, amicitiam rogate, vt tanti Domini manu capite truncaretur. Cainocamus contra respondit, nunquam se tantum scelus patrasse statuisse autem eum saluare, ac etiam à Daif. sama in columnitatem impetrare. Descendit ergo ex equo suo, & Ascicamon tradidit, ipse verò a lium famuli sui equum concendit. Post victoriā Cainocamus Daifusamē supplex fuitus est, vt sponsione se liberaret, eiisque vitam donari, & in suam familiā adscribi petivit; & Daifusama non solum annuit postulatis, sed significauit se non parum lētari, Dominum tantis dotibus præditum cladi superfuisse, leque aliquando eius opera forte usurum. Itaque in hunc modum Acascicamon omne vitæ discrimen euasit, & nunc in aula Cainocami viuit: apud quem confidimuseum cum Soiemondono Cainocami auunculo, fructuosam operam positurum in commendanda lege Christiana.

Eundem Acascicamonem postea contigit proficiisci Ozacam, cumque aliquot dies diuersaretur in ædibus nostris, non faciebat finem Deo gratias immensas agendi, quod extame- uidentibus mortis periculis non solum esset liberatus,

benatus, sed etiam facultatibus externis, posta-  
missum statum, eousque donatus, ut honestè vi-  
tam traducere possit.

Ad idem Cugense regnum multi equites  
Corumenium Christiani, ut Cainocamo serui-  
ant, secesserunt. itaque magnus ibi coabit fideli-  
um numerus, qui pia sua conuersatione effici-  
ent, uti speramus, ut totum regnum aliquando  
sub iugum Christi mittatur.

Nangaiocæ Daifusama, in vicem exigui re-  
gni Tangani, quod prius tenebat, dedit totum  
Bugchle cum tercia parte Bungensis illi proxim-  
i. Qui Dom nus cum valde addictus sit ratio-  
nibus nostris, & iam habeat fratrem, filium &  
binas filias, cum nonnullis Christianis primariis,  
Ecclesiæ Christi dudum adscriptos, spe pleni in  
Domino sumus, breu in gentilium cordibus ex-  
citandum status æternæ desiderium. Nam si-  
mulq; Daifusama hoc beneficj præstis Nâ-  
gaiocæ, ilico commonefecit P. Organtinum, ut  
scriberet ad Patrem in Bugensi regno degen-  
tem, (quod idem & aulico suo cuidam commis-  
sor) ne inde excederet, sed operam suam locaret  
in erudiendis eius loci Christianis: se enim plus-  
quam decreuisse omnibus vasallis vel subditis  
suis in hoc genere patrocinari, dareque omai-  
bus potestatem ut salutari baptismi sacramento  
initientur, & pro adiumento suo spirituali Ec-  
clesias ædificant. Et iam triginta eius equites a-  
uidè præstolantur baptismi capiendo opportu-  
nitatem.

nitatem. Quia ab ipso Nangaioca ad catechesis, audiendam inducti sunt colloquio quodam, in quo siebat, res ad salutem æternam spectantes, non coacte, sed sponte amplectendas, & id est nunquam se ullum cogisse: optare tamen se, ab omnibus intelligi, quam gratu sibi facturi sint, si legi Christianæ ad salutem necessariæ per baptîsum se adiungant; se enim semper pluris eos fecisse, quam alios.

Neque contetus fâuoirem omnem declarare subditis suis Christianis, septuaginta Christianos Firandenses, qui ne ciuratent fidem Christi, ut dictum est, voluntatitum iuxta Nangashum elegerant exilius; perhinc atiter insuum regnum inuitauit, adiecta promissione, se illis maiores redditus, quam iu Firando habuissent, adsignaturum. Demum ad conficiendum hoc, aliaque negotia magni momenti cum P. Visitatore Bungo Nangashachum P. Gregorium Cespedes amandauit. Vnde postea iussit dictos Christianos confessim preficisci in Cicugen, ut possessionem dictorum reddituum adirent. Quæ res, ut sumam nobis attulit voluptatem, cernentibus, iam suppeditare Christianis illis commeatum sufficientem, quo vitam tolent, ita maximam omnibus Christianis creauit edificationem.

Fucuscimadonus deinde noster Christianorumque amicus, (è quibus duos habet nepotes, equitesque multos) à Daifusama binis regnis Morin;

Morindoni donatus est: in quorum altero est propugnaculum Firoscimꝝ, vbi supra diximus nostris ad medium infestos fuisse Bonzos, quorum consilis in omnibus nitebatur Morindonus. Obtentis itaque his regnis Fucuscimadonus ad anam suam acciuit Iriafaconum & Dominū Paulum Bungensem Christianos antiquos & primarios. Hi cum Fucuscimadonum comitarentur ad capiendam regnotum possessionem, deprehenderentque Patrem Societatis ibidem residere solitum rediisse Nangasachum, magna celeritate per veredarium illum ex itinere reuocarunt, promittendo illi omnem Fucuscimadonis norem, locorumque omnium, quæ Bonzij possiderent, nostris attribuendum commodissimum. Verum quia cursor ille non ante ad Patrem peruenit, quam illi iam Nangasachum ingressus fuisset, superioribus nostris consultius visum est, non prius remittere eò Patrem, quam Dominus ille Firoscimani propugnaculi negotia in ordinem redegisset. Atque ita factum est. Amangutio tanien interea Iaponius quidam è statibus nostris Firoscimam vbi aliquando habitauerat, missus est, visitandi Fucuscimadoni, Christianorumque causa. Et quoniam hic Dominus pluris nostros facit, quam Bonzos, multosq; secū habet Christianos primarios, magna spe conversionis consecuturꝝ ducimur. Iamque intelleximus Patrem, qui eo reuertit, magna benevolentia exceptū, Dominūq; illum omnino

82 D<sup>icitus</sup> REBUS IN IAPONIA

velle ut nostri ibi sedem figant, ut couersione gemitum inuigilent, commodumq; eorum habitationi locum designauit. Diuinæ sane prouidentia nutu factū videtur, ut Morindonus septē exsiceretur regnais, quo Bonzi, qui apud insignem illum idololatram magno erant in pretio pristinæ auctoritate, & nominis existimatione exciderent, ac idololatria, quæ plus in eius regnis, quam in aliis, dominabatur, pessum iret, ac ipse Morindonus tantopere nunc deiectus, dubiusq; duorum tantū exiguorū regnorū possessor, animaduertens, se nullum ex falsa religione sua, vanisq; numinibus, Cami & Fotochi habuisse sub fidium, & à præcipuo idolo mendaciter ad fortium iactum prædicti : victoria deceptū, nullam amplius suis idolis fidem, nisi prorsus amens sit, adhibere debeat: quod multi eius aulici sapienter iacecerunt, quos P. Organtinus scribit Ozacē ideò sanctum suscepisse baptisma, quod iam manib; tangerent nullā suorum Deorū Chami & Fotochi esse potentiam. Cæteri quoq; eiusdē Morindoni aulici, & viri principes, qui Amagutiū post Domini sui ruinam commigrarūt, Patri ibi degenti, quæ alijs persequebantur, omnia caritatis præbent argumenta. Ac Gubernator eorum regnorū supremus, aperte indicauit, placere sibi, quod ibi eundem Patrem reperissent, ut posset ei, cum opus esset, sua quoq; deferre officia.

In Bigensi regno Meaco finitimo, in quo non

modo parum afflictati fuere Christiani, ob Domini sui Ciungondoni ruinam, patefacta quoque tursum porta est, & conseruandis, qui erant, fidelibus, & conuertendis reliquis infideibus. Cum enim Daifusama hoc regnum impertineat Quingodono, qui in aula sua multos insignes habet Christianos, spes non parua affulget, gentiles quoque breui in opinionem & ditionem Christianorum cessuros. Acciuitis Quingodonis in aulam suam Dominum Ioannem Amacudsonum, Amacusa quodam pulsum, eti⁹; annos sumptus dedit, qui & ipsi, & contingentes eius atulicis & ministris satis sint. Aliis deinde nobilibus Christianis Bigensis regni, quod confederati sibi fuissent, Daifusama statum regni Miamazæ, quod Bigense attingit, largitus est.

Supra omnia hactenus commemorata, & illud ingenti solatio nobis fuit, audire prosperrimos successus Quambioendoni. Etenim cum à primis belli initii decreuisset sequi partes Daifusamæ, & confessione generali, ut diximus, in regno Bugensi, ubi tunc versabatur, se cōmuniisset, copias ingētes corrasit, cū quibus regnū Bügese ingressus ad cōferēda signia cū factione aduersa, victorias supra enarratas ex hoste retulit, lōgiusq; progressus, præferēs triumphale S. crucis signū in vexillo, alia quoq; regna sibi subiecit. Nec cuiquam leuis momēti res cēseri debet, q; palāillorū insignium indicio in belli decursu professus sit Christianum: nam cum in partibus

Scimanis maximaꝝ semper existimationis & au-  
toritatis fuerit, dubium non est his temporib-  
us id in summum Christianorum honorem  
cessisse.

Quambioiendono quoq; tribui potest status  
Arimani & Omurensis conseruatio. Cum enim  
illis Dominis animi sui patef: cisset propositum,  
illi quoq; tandem maluerunt se ad Daifusamæ  
factionem applicare. Vnde factum est, non so-  
lum Christianos eis subiectos nullam cladē per-  
pessos, sed etiam ab omnibus Christianis per  
nivisam Iaponiam dispersis flagellū nouæ per-  
secutionis auersum. Hoc enim cunctu lapsus, si  
modo hoc nomen usurpandum est, ab Augusti-  
no aduersus Daifusam commissus, sicut etius  
& coopertus est, vt neq; nobis, neq; aliis Chri-  
stianis, causa huius dissensionis tribueretur.

Inter prosperos Quambioiendoni successus  
videtur quoque reponendus Bungenis regis,  
cui nomen lacata, ad sanctam Christi Ecclesiam  
reditus, qui contigit, dum regnum hoc esset in  
manu Quambioiendoni. Sciendum siquidem  
est, mensibus aliquot ante persecutionem à  
Taicosama contra nos motam, illum persuasio-  
ne ciuidem Quambioiendoni baptisma suscep-  
isse. Verum, quia Taicosamæ metu, non ausus  
fuerat operibus le Christianum ostendere, me-  
diusq; vti spiritualibus sic in fide elanguit, vt ille  
ad suorum Deorum Chami vt Fotochi cultū,  
quibus, vt ita loquar, semper fuit deuotus, re-  
dierit.

dierit. Vnde post varias calamitates, quas Deus illi immittebat, quo infelicem suum statum agnosceret, ad manus, ut supra diximus, venie cum Quambioendono, & miser superatus est, destitutus omnium suorum superstitionum Deorum auxilio, licet nullus esset paulo celebrior, cui vota non fecisset, aut de cuius delubro, non imaginem, vel aliquid simile tecum detulisset, ut victoriam reportare posset, & regno Bongensi octo ante annis amissu rursus potiri. Quia in re tam erat superstitionis, ut saccum binos palmos longum, ac mediocriter largum istis reculis confertum supra arma signi militaris loco deportaret. In viacula deinde conieetus & Nacazucauam à Quambioendone, vbi metropolis est Bugenium transmissus, & quodam Patre nostro, qui inibi versabatur, eumque nouerat, est visitatus. Dum autem Pater indicaret se commiseratione erga eum commoveri, simul tanquam sincerus amicus monuit illum, ut bene expenderet, idolorum, in quibus spem haec tenus reposuisset, nullam esse potentiam, nec iam quicquam esse in mundo, cui fidere possit, nisi Deum verum; itaque tanquam filius optimi Patris Regis Francisci de salute animæ suæ cogitaret, atque ad sanctæ Ecclesiæ gremium rediret. Acquieuit Iacata salutari consilio, & gratias agens dixit, se perniciofas suorum Chami fraudes iam perspexisse, & ideo se desiderio vitae aeternæ teneti. Verum, quia paucorum capitum, quæ

de fide nostra cognorat, esset oblitus, gratum si bifore, si denuo exponerentur. Constitutus est autem quidam e fratribus nostris, qui ei necessaria declararet. Is cum aliquot horas quotidie ea in re impendisset, exente hebdomade repoperit eum in fide Catholica omnino confirmatum. Et cum paratum se offerret ex oratione totius vitæ tam sedulò facere, ac si vita discedendum esset, ratio confitendi, quando commodum erat, ei fuit explicata. Peracta confessione Daifusariæ mandatum allatum est, de lacata sine mora, ac lecure ad se amandando, quod cum omnes suspicarentur factum, ut tolleretur è viuis, per multas ambages, ut æquiore animo exciperet, id ei indicatum est, licet opus non fuisset, quia sic paratus erat ad mortem, ut aliorum consolatione vel cohortatione non magnopere indigeret. Nam, inquietabat ille, cum inuenierat verum Deum Dominum nostrum, tantoq; animi sensu & conscientię tranquillitate sim de peccatis confessus, non modo non extimesco, sed etiam concupisco mortem; vereor enim, si vita mea longius extrahatur, me ob varijs terribilium flagitorum habitus & semina, in verrem scelerum sentinam relapsurum. Forte, addebat, & moriendum mihi foret eo loco & tempore, vbi nulla sacerdoti confitendi daretur occasio. Quare, cum beneficio sacramenti fibi videbatur à peccatis immunis, & extra periculum malarum occasionum, optabat cito ex hac vita migrare.

migrare. Aiebat quoque se nullum dolorem ob  
impendentem mortem sentire, neq; fastidium,  
sed magnā consolationem. Hoc cum proposito  
Meacum discessit. Sed visum est diuinæ bonita-  
ti saluti animæ iam concessæ, addere & incolu-  
mitatem corporis: Daifusama enim iussit illum  
tantum exulare in locum non longè a Meaco re-  
motum, vbi constanter in bono proposito per-  
dictam calamitatem parto perseverat.

Iam verò supra omnia hæc misericordiarum  
Pater, & totius consolationis D E V S , qui nos  
consolatur in omni tribulatione, dignatus est  
nos consolari, & mirifice recreate, inexpectato  
quidem, sed maximè optabili successu Christia-  
norum Fingensium, Domini Augustini subdi-  
torum. Qui cum iuxta iudicij humani cursum  
viderentur in extremum peruenisse exitium, ta-  
men paterna D E I prouidentia seruati sunt, &  
defensi. Nam Canzuidonus memor fidei, qua  
in absentia & post mortem Domini sui fortissi-  
mè Utram propugnaculum defendiscent, neo  
se militibus eius, aut probiores, aut magis in  
armis strenuos habere posse, posthabito dispen-  
dio interitus suorū tempore obsidionis accepto,  
voluit eos in suos ministros adsciscere, nihil im-  
minuto pristino eorum, immò cumulato poti-  
us quorundam stipendio, qui validius contra  
suos decertassent. Et quoniam animaduertit nō  
fore quietos, nisi potestas ipsis relinqueretur vi-  
ta Christiano homine dignæ ducēdç, hæc quoq;

libertatem illis benignè indulxit. Atque ita sæ-  
penumero colloquium instituens, vel cum pri-  
mariis Christianis, vel cum suis aulicis de fide  
Christianâ, rationeq; viuendi nostrorum, ac de  
præterita obsidione, moderari indignationem  
contra nos conceptam cepit, ac denique intel-  
ligere omnem illam conſpirationem volunta-  
tum, & ardorē in obsidione notatum ex eo uno  
capite natam, q̄ effecit Christiani. Quare & de-  
mostrauit ſe ad illos magis affectū. Non parum  
quoq; ad hanc rem iuuit gubernatorum quotū-  
dam, qui à Canzuidono missi erant Sci hū &  
Amacusam relatio, ipſi, consiliariisq; eius facta  
de modo procedēdi nostriū, cū inde reuertif-  
ſent. Referebant nimisū, ad fouendā populorū  
illorū, qui omnes Christiani forent, pacē, obe-  
dientiāq; erga Dominos ſartam rectā retinendā,  
opus eſſe eis relinquere libertatem cōuenienter  
legi, quā profiterentur, viuendi; deinde Patres  
de Societate ab eis non diuellēdos, eo, q̄ legem  
ſuam ſine eorū institutione ſeruare non poſſent.  
Et ideò dicti Gubernatores nos monuerunt, vt  
dictos Christianos inuiferemus, & liberè proxi-  
mum festum Natalis Domini Saluatoris mundi  
celebraremus. Licet enim Patr. bus in Vto re-  
tentis, non poſſent certo affirmare quid Canz-  
uidonus fanxiſſet, ſe tamen, quamdiu aliud  
imperatum non forer, omnia benevolentiae of-  
ficia nobis policeri. Quambio endonus poſtea  
tantum autoritate ſua & interuentu effecit apud  
Canz-

Canzuidonum, agendo de nostrorum è carcere liberatione, ut paulatim placatus fuerit, ac tandem amicus noster factus opera cuiusdam fratris nostri, à P. Visitatore missi, ut ei capite quedam exponeret. Quorum primum erat de ratione viuendi nostra, & quo fine in Lapponiam venissemus. Alterum, nos omnium Dominorum lapponensium amicitiam vehementer optare, & idcirco post P. Visitatoris ad has partes redditum, speciatim laboratum esse, ut amicitiam cum ipso coleremus, impeditos vèò sola inimicitia contra Augustinum, quò minus aditus nobis pateret. In tertio capite refreabantur multæ rationes, cur congruens non fuerit, per nos tractari de Utani propugnaculi deditione. His omnibus addebamus preces de nostrorum incarceratorum, quandoquidem à culpa immunes essent, liberatione, ac vt in posterum in suo statu fauorem suum & benevolentiam nobis negare non velit, cum in illo tempore versentur Christiani.

Hæc auté informatio intimo cuidam Canzuidoni aulico primum porrecta est, qui ut plurimum eam probabat, ita obtinuit, vt à suo Domino probaretur, qui & ideo statim iussit pupiles nostros liberari. Verum ne videretur id facere in P. Visitatoris gratiam, sed Quambiodonii potius, qui idem ab eo petiuerat, prius eos vinculis extiri voluit, quam fratri nostro audienciam præberet. emissos remisit Nangashum,

chum, monens, ut dicerent, in Quambioien-doni gratiam liberationem hanc factam, cui & gratias meritò agere possint. Quo perfectò P. Visitatoris scriptum accepit, magnumque honorem fratris detulit, ac asseverauit, se nunquā offensum fuisse Patribus, tantum, quoniam in hanc usque horam inimicitiās exercuisset cum Augustino, nostram amicitiam non admodum curasse: in posterum verò tempus se amicitiam nobiscum culturum, omnique fauore & auxilio affuturum; quod & post suum ex aplo reditum, ad quam festinaret, factis esset demonstraturus.

Hac recenti Canzuidoni amicitia, libertateq; nostris concessa, nouus animus additus est Christianis, & iniecta haud modica spes, tum nostris locum concessum iri in eius statu, tum Christianos ab omni vexatione immunes fore, immò etiam accessionem magnam secururam ad Christi gregem, quandoquidem non pauci eius aulici iam voluntatem suam de sacro lauacro suscipiendo declarārint: Nec desperamus de eius salute, postquam multis indicij declarauit, se à lege Christiana, rebusq; nostris non abhorrere. Propter repentinam eius profectiō-nem Meacum versus institutam, agi non potuit de nostrorum in terris iam dictis habitatione, quia consuetudini Iaponicę repugnabat, primo congressu tam longè progreedi, sed videba-tur prorogandum in tempus, quo P. Visitator missurus

miffarus erat aliquem de nostris, qui ei gratias pro nostrotum liberatione ageret. Neq; certò constat, eum Dominum fore illius status, licet ea de causa iter suscepere. Si autem na&ltus fuerit statum Augustini, non possumus nō sperare rem Christianam incolumem & integrum ibi persisturam, atque etiam breui magnum futuram incrementum. Confidimus quoque Quambioiendonum bono aliquo statu à Daifusama donandum, etiamsi filius eius Cainocamus superioribus diebus regnum Cicugense ab eodem acceperit.

ATQVE hic est hoc tempore Iaponiæ vniuersitæ status. Qui idcirco non omni ex parte pacatus & quietus est, quod Daifusama nondum omnia regna distribuit. Quia de causa omnes Domini se contulere Meacū. Itaque fieri potest, ut mutationes adhuc aliquæ incidat ante nauis discessum. Verū, quod in medio tantarū perturbationum cursu mirificè nos recreauit, est, quod omnes calamitates cessisse videantur, in maius huius Ecclesiæ bonum (quemadmodū ex dictis facile coniisci potest;) vnde nouelli Christiani quoq; intelligere possunt, diuinæ clemētiæ nutu permissas rā graues tribulationes, vt vberior inde in Iaponiā fructus redundaret. Vidēt siquidem iā Christianos in varias eius oras dispersos, qui sua doctrina, exemploq; procul dubio multos infideles ad Christum sint adducturi.

Superest denique, vt, quemadmodum  
ante

ante promisimus, aliquid de morte p[ro]ij & fidelis amici nostri Augustini Tzunicamindoni subi[ec]tiamus. Quia licet magno dolore nos perculerit; fuerat enim primaria ea[us] fortissima huius tenellae Ecclesiae columna; tam[en] quia tanta Christiane virtutis testimonio, & salutis eternae signa in extremo discessu reliquit, dolorem quadantenus imminuimus. Nam cum visum illi esset in sui Domini Taicosam[us] seruitum sumenda esse arma, simulque animaduerteret, in quanta pericula se coniceret, Meaco ad bellum digressurus, magna religione prius de peccatis confessus est, palamque testatus, se non alia de causa arma corripere, quam ut post partam ex hoste victoriam, ampliori libertate potentiaque instructus possit fidem Christilatissime propagare.

Atque ideo paulo autem quam ad manus ventum esset ad Gubernatores suos nostrosque in regno Fingensi scripsit, ut quotquot posseint, ad Christianam religionem traducerent. At postea, cum ad pugnam ventum est, cognouimus uno momento gubernatorum exercitum ob proditionem quorundam, ut diximus, miserrime fusum & dilaceratum. Itaque Augustinus in magnas animi angustias repente coniectus est, nam cum sciret sibi, quo inter omnes belliduces celebrior esset, hoc maiori dedecori apud Iaponios futurum, si viuis in potestatem hostium veniret, non parum a Sathanico spiritu ten-

tu tentari cœpit, ut in sua deseuiret viscera. At  
 subito à sanctiore Spiritu atrocitatem criminis  
 suggestenti cohibitus, honore suo gloriæ diui-  
 na posthabito, maluit se tradere captiuum, quo  
 accuratius deinde ad mortem se comparare  
 posset. Primum autem deductus est in conspe-  
 ctum Cainocami, qui cum diceret, se condon-  
 lere eius fortunæ, respondit Augustinus. Probè  
 nosti Domine, qualis fuerim, & quis nunc sim.  
 Itaque aliquam à te expecto gratiam. Et quia  
 Cainocamus suspicabatur eum de vita condon-  
 anda loqui, addidit, de vita se non loqui. quā  
 nihil faceret; & nisi diuinæ maiestatis offensam  
 reformidasset, facile se potuisse in ventrem  
 suum deseuire: id unicum tantum postulare  
 pro vita sua, ut sibi copia fatalicuius sacerdo-  
 tis ad confitenda peccata: Cumque Cainoca-  
 mus promitteret, se omnem operam datum, ut  
 à Daifusama postulata impetraret, vehementer  
 Augustinus gauisus est. At Daifusama Caino-  
 cam postulatis non acquieuit, imò moleste tu-  
 lit, moxque cuidam Capitaneo suo mandauit,  
 ut diligenter custodiretur, nec illi nisi unicus  
 puer honorarius ad seruendum in extrema  
 illa necessitate attribuere ut. Paulò post magna  
 militum manu stipatus Ozacam dedicatus est.  
 Vbi denuo summum studium adhibuit obtinē-  
 di confessarij, scriptis ea de re litigis ad nostros.  
 Verum Daifusama, cum fore quasdam earum  
 intercepisset, nec, ut gentilis, intelligeret, quid  
 nomi-

nomine confessionis indicaretur, tanta ira suēcensus est, ut iterato seuerissimē vetuerit, ne vlli Patrum ad Augustinum aditus daretur. Quocirca nunquam nostri eius desiderio facere satis potuēre, quamvis omnes vias rationesque tentassent. Ipse autem non ignarus, dum copia sacerdotis non est, contritionem animi sufficere ad obtainendam peccatorum à Deo remissionem, totum tempus impendit, nūc deplorandis superioris vitæ erratis, nunc precationibus rosarij, alijsque repetendis, ad omnes contumelias, & iniurias, adeoque mortem ipsam patienti fortisque animo pro lapsuum suorum satisfactione tolerandam paratissimus. Qua in re continentem tam infractum & cordatum se præbuit, ut Domini gentiles eum visitantes obstatu pescerent.

Pronunciata demum sententia, ut Augustinus, Gibunoscius, & Ancocugus capite mulctarentur; omnes tres iumentis impositi primū per vias Ozacanas deducti sunt, deinde per Meacenses in alijs tribus carris, quod apud Iaponios summi dedecoris est & ignominiae, maximē si contingat Dominis, alijsque magnæ autoritatis. Primum locum tenebat Gibunoscius, tanquam auctor confederationis. Paulò post succedebat Ancocugus, tum extremo loco Augustinus, Per tubicinem elata voce clamabatur, supplicium hoc illis decretum, quod rebellasset contra Tenzami. Duo priores, tuim  
quod

quod animo parum erecto essent, & perperam  
in itinere habiti, squalore vultus, gemituque  
ostendebant, quantum expauescerent morte.  
In Augustino unus idemque semper vultus a-  
nimaduersus est; sic ut omnes facile notarent,  
quod inter illos discrimen intercederet.

Cum à iustitia loco, qui erat intra Meacum,  
non longè abessent, Christianus quidam data  
opera à nostris missus, se in turbam militum  
præsidiorum coniiciens ad Augustinum per-  
uenit, cui primò exposuit, quanto studio de  
submittendo ei Confessario Patres laborassent,  
sed frustra, eò quod mandato Daifusamæ mili-  
ties præsidarij nemini dare aditum possent ad  
ipsum. Deinde hostatus est, ut in extremo illo  
temporis puncto ex animo de peccatis doleret.  
Augustinus verò iussit eum magnas gratias no-  
stris rependere, quod memoria sui non depo-  
suissent, & addidit, quoniam Confessarij copia  
destitutus fuisset, se ad veræ contritionis præsi-  
dium iamdudum configisse, ac omnibus retrò  
diebus intimum dolorem peccatorum persen-  
sisse, ac ideo de salute sua fiduciam magnam  
habere, letumque & alacrem ad opetendam  
mortem prodire.

Cum longius deinde processum esset, ecce  
quidam Bonzij obuiam se captiuis offerunt, ut  
more suo nescio quas supersticiosas exhiberent  
cæterencias. Augustinus vultu toruo, & voce  
clara à suo conspectu eos recedere iussit, di-  
cens,

cens, se Christianum esse, & Sathanicos istos ritus abominati. ac mox Rosarium manu gestans caput sublata voce Dominicam orationem recitare. Bonzis egregie pudefactis & terga vertentibus.

Ad locum supplicij ubi ventum est, alius Bonzus primarius, qui raro domo excedere consueverat, nisi quando de magno aliquo Domino supplicium sumendum esset, cum aliquot alijs Bonzis praestò fuit. Hic cum alios quosdam vanos ritus coram Gibunoscio, & Ancocugo exercuisse, eisque codicem, quem sanctum cæci illi reputant, exosculandum præbuisset, ac deinde eundem codicem conatus fuisset capitì Augustini imponere, ille manibus tenens Rosarium, bellamque effigiem Christi Salvatoris, & Mariæ Virginis beatissimæ (quam à serenissima Lusitanicæ regina Domina Catharina Caroli V. Cæsaris sorore olim acceperat) ad Sathanæ ministrum conuersus dixit. Apage te, nihil tibi mecum, Christianus sum, ambabusq; manibus attollens tabellam pictam, terq; capitì imponens animam suam creatori commendauit. Magna dénum serenitate vultus primò in cælum defixi, tum in tabellam Christi & Mariæ reflexi, cervicem spiculatori nominibus sanctissimis I E S U & M A R I A inuocatis præbuit, genibus flexis, qui tertio icta caput à ceruice rescidit.

Corpus eius veste serica obuolutum, depositum

catur est ad ædes nostras Meaci, & cum multis lacrymis receptum, ac ceremonijs in S. Romana Ecclesia consuetis humatum. Pro anima eius Meaci, & in alijs Societatis residentijs sacrosanctum Missæ sacrificium oblatum est. Dictæ vesti sericæ insuta erat epistola ad Dominam Iustam coniugem eius, & liberos data, ex quæ pancia hæc describenda putauit. Verbis, inquit, consequi nequeo, quantum passas sim, & adhuc patiar ex hoc casu tam inopinato. Amariores enim profudi lacrymas, dirioraq; animi expertus sum tormenta, quam vñquam mihi in hoc mundo contingere potuerint, ac planè videor mihi exoluere nunc pœnas, quas pro meis sceleribus aliquando in Purgatorij ignibasericam toleraturus. Et quoniam omnino mihi persuadeo, me erratorum meorum culpa in heac miserabilem statum delatum, loco eximij beneficij duco, quod Deus pro immensa sua misericordia hoc flagellū immiserit. Quod saperest, etiam atque etiam tibi commendo, ut in posterum toto pectore Deo seruias; res enim huius mundi omnes instabiles sunt, & momentaneæ. Hucusque epistola.

Quo autem ad manū vxoris veniret, fido cuidam homini commendarat, ut tempore sepulturæ eam quereret in ueste cui corpus suum esset inuolatum. Atque ita reperta est. Hic est Domini Augustini obitus & exitus, qui natura erat amicos & fortis, & bellicarū rerū admodum

GESTIS. EPISTOLA III

dum peritus; ob quas aliasq; dotes & inter pri-  
marios Scimanarum partium Dynastas nume-  
ratus est, & in magna apud Taicosam existi-  
matione fuit, propter fidelitatem & eximiam in  
bellis gerendis experientiam. In commiseratio-  
ne erga pauperes nullum habuit parēm, multas  
in eos erogans eleemosynas. Cumque apud Ia-  
ponios visitatum fuerit, minima etiam de causa  
ē medio tollere famulos, tamen August. ne no-  
xiōs quidem sustulit. Imò legē tulerat, ne quis-  
quā suorū subditorū morte puniretur, nisi causa  
ā tribus officialibus ad id constitutis examinata.  
Quod idem alijs Dominis commendauit sibi  
spacieatis; congruebat enim pietati Christiano  
in hoc genere esse clementem & moderatum.

Adhac in rebus ad animz salutem spectan-  
tibus, etiam si semper occupatus, & maximè bel-  
li tempore, fuisset; tamen eam curam & sollici-  
tudinē maximē nunc in fine vitæ, ut iam diceba-  
mus, demonstrauit: sic vt nobiles duo honora-  
rij Daifusamæ pueri, paulò ante baptizati, vidē-  
tes, qua ratione ille se ad mortem comparasset,  
affirmare non dubitarint, se libenter cum Au-  
gustino eccubituros fuisse, si tanta præparatio-  
ne usi fuissent. Quare in Domino speramus, si  
perpendamus & studium Augustini, quod in fa-  
cienda confessio posuit, & dolorem, quem de  
peccatis sensit, eum ad multò tranquilliorē  
beatioremq; vocatum statum, quam nunc sit in  
Iaponia, tot motibus & varietatibus obnoxia,

atq;

arq; in cœlo eximio pro laboribns calamitatib<sup>o</sup>-  
que in hac vita p<sup>r</sup>pessis, perfui gandio & gloria.

Cæterum tragedia hac morte Augustini terminata non est. Nā nō multis post diebus filius eius duodennis & hæres, magnæq; expectatio-  
nis, cū aliquot ministris Christianis verbis qui-  
busdam Morindoni retractus in suum quoddā  
regnum Firoscimæ vicinum, deceptusq; aut po-  
tius proditus ab illis sub prætextu deportādi ad  
locum securiore, cum puer oīno honorario a-  
lioq; ministro deductus est Ozacam, vbi Morin-  
donus degebat, ibi q; illius mandato fuit dicti fi-  
lii Augustini ablatum caput, vt Daifusamæ of-  
ferretur. Verum hic non modo noluit hoc mu-  
nus recipere, sed verbis etiam declarauit, sibi in-  
noxiam pueri necem admodum displicere, di-  
gnauitq; pæna qui tantum crimen designasset.  
Quo responso cognito, qui munus attulerant  
mox callidè legationis summa palliarunt nouo  
commento, Morindonū in statu suo puerum il-  
lum in vincula conieciisse, cum eo saluandi sui  
causa fugisset, posteà verò cum Ozacam, vētum  
esset, quoniā viuū se suę Excellentię tradendum  
aduertisset, sibi ipsi ventrem dissecuisse, & ideo  
iam præsentari eius caput. Etsi verò tunc hoc va-  
nissimo figmento Daifusamæ, verū esse creden-  
ti, fuerit satisfactum, tamē posteà rei veritas pa-  
tefacta est, resq; Principe indigna iudicata est ab  
omnibus, puerum innocentem trucidare quem  
publica fide in regnum suum recepisset.

Id verò in tam funesto casu nonnihil dolor lenit, quod adolescentulus bene ad mortem cōparatus excesserit, ut liquet ex verbis ad fratrem quendam nostrum factis, qui eius viſendi causa amandatus erat Firoſcimam, & præsto erat, cum à lictoribus à Morindono missis duceretur Ozacam. Nam ſuspiciatur frater noster, eum non in tuiorē locū, ut illi dictabant, ſed ad mortem deduci, eum consolari ceperit. verum ille animo erecto, & plusquam puerili conformavit ſui conſolatorem; iuſſitq; mororem excludere, ſi firmam ſpem ſaludis in diuina poſuile clementia, & quoniam paucis ante diebus ſuos lapsus ſacerdoti aperuiſſet, nihil mortem extimesceret. Addēbat, quoniam ſpe firma eſſet, patētem ſuū nunc eſſe in cœlo, ſe libenter patienterq; morie ſubiturum in terra, ut quam primum illi ibi perpetua ſocietate coniungi poſſit.

Atque hæc ſunt, quæ de republica Christians noſtraq; Societate hucusque ſcribenda occurrerunt. quare nihil aliud reſtar, quam ut a P. T. ſuam ſanctam benedictionem efflagitemus, ſujsq; ſacro ſanctis ſacrificiis atq; precibus nos omnes commendemus. Nangalacho, 25. Februari. 1601.

R. P. T.

Filius indignus in Domino

Valentinus Caruaglius.

E. I. N. I. S.